



**Orationes funebres quatuor in exequiis magnifici viri D.  
Friderici Staphyli etc. Ingolstadii habitae. : His adiectae sunt  
elegiae, quibus uitae genus, studia & mors ipsius dilucidè  
explicantur.**

<https://hdl.handle.net/1874/427945>

ORATIONES

Funebres quatuor in exequiis  
MAGNIFICI VIRI  
D. Friderici Staphyli etc.  
Ingolstadij habitæ.

*His adiectæ sunt elegiæ, quibus uitæ genus, studia  
& mors ipsius dilucidè explicantur.*

August. lib. de cur. pro mort. ag. c. 4.

Martyri cuius animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus, qui cum defunctis à fidelibus charissimis exhibetur, eum prodesse non dubium est his, qui cum in corpore uiuerent, talia sibi post hanc uitam prodesse meruerunt. Non sunt itaq; præmittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana societate defunctis, etiam tacitis nominibus, quorumq; sub generali commemoratione, suscepit ecclesia: ut quibus ad ista desunt parentes, aut filij, aut quicumq; cognati uel amici, ab una eis exhibeatur pia matre communi.

ANNO M. D. LXIII.

# EPITAPHIVM FRIDE-

rici Staphyli quod ipse sibi fecit.

**V**ixi, fata tuli Staphylus, cursumq; peregi,  
Dum leuo suppressum religionis opus.

Christe tibi fidens, dimitti crimina credo,  
Exilium patriæ spe releuante meâ.

Esto memor fati, fatus tria uerba, uiator,  
Quam lex certa mori, quam malè certa dies.

## ANNVS, MENSIS ET DIES,

quo natus est sequenti continetur Disticho.

**N**ascitur has Staphilus fragiles mortalis in auras,  
Nona ter Augusti lux ubi clausa fuit.

## ANNVS MENSIS ET DIES

ipsius obitus sequenti continetur Disticho.

**E**xinctus fatis Staphilus concesserat arces  
In superas, Martij lux ubi quinta fuit.

Vixit annos *L.* Menses *VI.* Dies *X.*

Vitus Iacobæus P. L.  
Poëseos Professor.  
CANDID

# CANDIDO LECTORI.



ALVTEM IN DO-  
mino. Naturam rerum omni-  
um magistram, benigne Les-  
ctor, si diligentius inspicimus,  
consideramus longum usum,  
ac perpetuum more obserua-  
mus, citra magnū laborem aut

studium singulare cognoscemus: cuncta quæ Deus  
bona creauit, & ad gloriam suam amplificandam illu-  
strandamq; produxit, in id præcipue tendere, hunc ex  
prima illa creatione habere propositum scopum extre-  
mum, atq; ultimam metam: ut aut perpetuo se conser-  
uent, aut si corruptioni sunt obnoxia similitudinem  
quandam sui proferant, uel memoriam saltem æter-  
nam ad omnem posteritatem transmittant. Res autem  
gestas, præclaras animi dotes, præclara illustrium he-  
roum facta, uitam deniq; innocenter actam, non alijs  
medijs aliæue uia, quam signis, statuis, pyramidibus, co-  
lumnis, colosis, sepulchris, uel ipsis demum literarum  
monumentis posteritati consecrare posse, antiquitas  
animaduertens: iam inde ab ipsarum literarum inuen-  
tione,

tionem, quas etiam ante diluuium, Iosepho teste, fuisse credimus, in hunc usque diem, earum scientia & cognitione predicti uiri, hoc imprimis studuerunt, & in eo elaborarunt quam maxime: quod rerum preclare gestarum si non aliam quampiam insignem, uel literarum monumentis expressam, perennem relinquerent memoriam. Hinc ueri Dei notitia destituti Hesiodus fallorum Deorum *ἑογονίας* literis comprehendit, hymnos & laudes Orpheus, Hesiodus, Homerus, Callimachus, & id genus plerique alij magno studio decantant. Et ne quid antiquitatis depereat, Orpheus uanam gloriam, ambitionem, stupra, illicitos amores, parricidia, rapinas suorum Argonautarum, & studium diripiendi Aurei Velleris principio copiose describit: Museus Leandri et Ero uanos perturbatosque amores, ac tristes casus posteritati non illepedo carmine commendat: Homerus raptum Helenæ, iram Achillis, uersutias, dolos, fraudes longosque errores Vlysis, ad perpetuam rei memoriam literarum monumentis exprimit: prosequuntur alij ex antiquissimis, ut Berosus, Herodotus & Xenophon, principia, incrementa, tum interitum amplissimorum regnorum Babylonæ, Medorum & Persarum: alij ut Thucydides & Pausanias bella intestina atque exitiū felicissimarum rerum publicarum, totius Græciæ, testamento uniuerso humano generi, quod cautius sit in posterum, legant: Plato atque Aristoteles lumina mundi scientias, felicitatemque, quam humana ratio assequi potest, magno artificio, magnaque industria ad communem utilitatem mortalibus præscribunt.

Verum

Verum enimvero quoniam illa finem, qui naturæ  
uires excedit, uerèq; beatos nos perpetua Dei cõtem-  
platione efficit, non attingunt: Moses mitissimus &  
amicus Dei literis Hebræorũ, & antiquitate, & celebra-  
tate præclarissimis, ueram salutis uiam commonstrat,  
antiquorum Patriarcharum & iustorum rectam fidem  
sedulo insinuat, pia facta cõmemorat, atq; mercedem  
magnam manentẽ eos, qui dicto Dei sunt audientes,  
literis mandat. Quam ob rem studio se cõmendat plu-  
rimam hostiam Abel, testimonium iustitiæ suæ per fis-  
dem in uenturum Christum; iustissimi Melchisedech  
rex Salem typicam oblationem panis & uini magno-  
pere extollit: magnificat diligentiam & summã indu-  
striam Noë in fabrica arcẽ construenda, futuram Chris-  
ti Ecclesiam ex cunctis mundi partibus congregandã,  
designante, ac singulas rerum creatarum species à di-  
luuij interitu liberante. Commemorât item obediẽ-  
tiam illam penè incredibilem Abraham offerentis filiũ  
suum Isaac super altare, relinquentis terrã suam, & pe-  
grinantis, ex mandato Dei, terra in aliena. Porro  
mansuetudinem & lenitatem Isaac, humilitatem, pati-  
entiam, tolerantiam Jacob, castitatem deniq; pruden-  
tiam, sagacitatẽq; augende rei familiaris, citra cuiusq;  
iniuriam, Ioseph, omni posteritati dilucidè ob oculos  
ponit: non rapinas, adulteria, homicidia, ueneficia, &  
id genus innumera alia flagitia, quæ ethnicorum libri  
æternitati consecrarunt.

Et ut propius rem aggrediamur, quæ alia fuit causa

ipsis apostolis & apostolorū discipulis, statim sub in-  
itijs rerum Christianarum, ipsam Christi saluatoris nos-  
tri natiuitatem, uitam, res gestas, dicta facta, mortē no-  
bis necessariā & cunctis mortalibus salutarem, ascen-  
sionē quoq; gloriosam scripto cōprehendere: quā  
ut tantorum beneficiorum erga humanum genus, per-  
rennis extaret memoria: fides nostra confirmaretur,  
exemplum haberent Christiani constans ac exquisitū,  
quod perpetuū imitarentur. Matthæus & Lucas uo-  
luerunt ne natiuitatē, prædicationem, confessionem  
& mortem Ioannis Baptistæ, Martyrium Stephani, de-  
collationem Iacobi fratris Ioannis, uincula Petri, pere-  
grinationem, pericula in mari, pericula in falsis fratris  
bus, famem, sitim, tribulationes innumeras Pauli, aliam  
nobis ob causam descriptam relinquere, quā ut con-  
fessionis fidei, patientiæ, tolerantie laborum, indeleb-  
lis semper inter Christianos hæretet memoria. Apud  
apostolorum uerò successores hæc quoq; non fuit mi-  
nima cura, ut præter fidei sinceritatem ueritatēq; res  
gestas martyrum conscriberent.

Vnde Abdias Babylonice episcopus, quem Iulianus  
Africanus, cuius in plerisque locis, flores Gordiani tem-  
poribus, facit mentionem Hieronymus, & Nicepho-  
rus Callistus in sua ecclesiastica historia, in Latinam lin-  
guam transferens, descripsit 10. libris uitam apostolis  
cam: martyrum præclara facta insinuant passim Irenæ-  
us, Iustinus martyr, Tertullianus, Cyprianus, memine-  
runt Philon, Egesippus & Eusebius Cæsariensis. Deit  
integros

integros, de horum uita, conuersatione, moribus, pietate, castitate, constantia, & id genus alijs uirtutibus Christianis, Græci et Latini ecclesiastici scriptores, composuerunt libros, ut Seuerus Sulpitius D. Hieronymo contemporaneus, tribus libris complexus est uitam Martini sanctissimi Turonensis episcopi. Ipsi D. Hieronymo id præ cæteris summæ curæ fuit, ut eorum, qui alios uirtutibus Christianis longè latèq̃ antecellebant uitam, ac mores eleganti stylo exornaret: & si in aliqua re delectabatur, uel hinc capiebat eximiam uoluptatem. Sic uitam Malchi monachi, uitam Hilarionis, uitam Pauli eremitæ: mortem Leæ, epitaphium Nepotiani, Fabiolæ, Marcellæ, Paulæ, laudes Asellæ nobis reliquit. Athanasius uitam S. Antonij, Cassianus sanctissimorum castissimorumq̃ monachorum Aegypti & Lybiæ conuersationē, in collationibus suis ad nos transmisit. Pro concione laudauit, dum exequiæ peragerentur, Ambrosius Valentinianum, Theodosium, Gratianum Imp̃p. Satyrum fratrem suum: Gregorius Nazianzenus patrem Gregorium, fratrem Cæsarium, & sororem Gorgoniam, magnum Athanasium, Basilium Magnum, sanctissimum martyrem Cyprianum: Basilium Magnum Iulittan, Barlaam, Gordiū, Mamanta, quadraginta martyres: Chrysostomus Babylam episcopum & martyrem, Ambrosius Agnetem, Protasium & Geruasium, Vitalem & Agricolam, Augustinus et Maximus Taurinensis episcopus patientissimū tolerantissimūq̃ Laurentiū. Gregorius deniq̃ Nyssenus  
frater



frater Basilij Magni, præclaris orationibus ad popu-  
lum habitis, Stephanum protomartyrem, Theodorum  
& quadraginta martyres summis laudibus extulit: qui  
orationes etiam frequentes in laudem Basilij Magni  
amantissimi fratris, B. Gregorij miraculorū opificis, in  
funere Pulcheriæ, Placillæ reginarum, & Magni Mes-  
letij episcopi Antiocheni, habuit. Et ne desint nobis  
antiquitatis exempla, Panegyricū, de obitu Celsi pueri,  
elegiaco carmine descripsit sanctissimus Paulinus No-  
lanus episcopus, heroico uitam et miracula Felicis glo-  
riosissimi martyris Nolani per decē comprehendit na-  
tales: *περὶ σεφάων* uariorum martyrum, uario carminis  
genere Aurelij Prudentij huius contemporanei liber  
extat. Ne igitur mirum cuiq; uideatur, si usitatissimo  
omnis antiquitatis, ipsorumq; Christianorum maxime  
exemplo, ad perpetuā, eximij uiri D. Friderici Staphyli  
memoriam posteritati consecrandam, cuius doctissi-  
ma scripta omnium uersantur in manibus, & uitam, mo-  
res, conuersationem, mortem deniq; ipsam fortē non  
ita exploratam habent; hasce orationes funebres et ele-  
gias tristes, quibus uitæ genus, res gestæ, atq; interitus  
illius breuiter et dilucidè explicantur, uoluimus in pub-  
licum edere, ut & hinc uiri Catholici uiuum quodam-  
modo exemplar uerè Christianæ uirtutis, quod sequan-  
tur habeant, atq; benè Catholicè & Christianè cum eo  
mori discant. Quibus omnibus ad ecclesiæ pacem fir-  
mandam, studium nostrū qualecunq; et operam Chri-  
stianam promptè deferimus.

Rodolphus Clencke Saxo D. Theologus.

ORATIO

IN FVNERE MA-

GNIFICI, NOBILITATE ERV-

ditione & dignitate eminentis. viri, D. Fri-

derici Staphyli, Theologiæ Doctoris, S. Cæs. M.

& Illustris. Ducis Bauariæ Consiliarij, &

Gymnasij Ingolstad. Superintendens

tis &c. Recitata à Martino Eisens

grein, Theologiæ Licens

tiato & Professore.



I QVANTVM IN ME

doloris est, tantum esset ingenij, tan-

tum eruditionis & facultatis dicendi,

Magnifice Domine Rector, Illustres

Comites, Generosi Barones, Reue-

rendi, Clarissimi, atq; ornatissimi uiri, Auditores hu-

manissimi, sperarem profecto, parem me Magnifici,

pietate, eruditione & dignitate eminentissimi uiri,

Gymnasij huius Superintendentis, D. Friderici Sta-

phyli sacrae Theologiæ Doctoris, Cæsareæ Maiestatis

& Illustris. Ducis nostri Consiliarij &c. laudibus ora-

tionem habiturum. Cum uerò ingenium, uel minus

etiam q̄ mediocre, eruditionis uix umbra, facultas di-

cendi plane nulla mihi sit; tantus in super mentem doz

A lor

## ORATIO

lor opprimat, ut is uel maximi cuiusuis ingenij uires  
 possit infringere: si acerbus iste & plusq̃ lamentabilis  
 occasus præstantissimi, omniq̃ uirtutū, & eruditionis  
 genere eminentissimi herois flendus & deplorandus  
 est, nullus me magis idoneus. Sin uero præclarissimę, &  
 omni posteritatis memoria lōgè dignissimæ, uiri huius  
 laudes celebrandę, nullus ad eas sustinendas partes me  
 ineptior reperiri potest. Sunt illæ quidem omniū cons  
 pectui expositę, tamq̃ illustres, ut omniū piorū oculos  
 in se trahant conuersos, ut nemo Catholicus sit, qui eas  
 non uideat, & in cuius ore non uersentur. Quanc̃ aut̃  
 hæc mihi perspecta sint, quoties tamen in mentem ue  
 nit, ereptū nobis Fridericū Staphylum, ereptū Gymnas  
 sio nostro Superintendentē, ereptum Ecclesię Dei pro  
 pugnatorem acerrimum, & animus cōcidit, quæcunq̃  
 dicere institui ē memoria omnia dilabunt. Dolere so  
 lum, ingemiscere, lamentari, miserabilē Gymnasij nos  
 stri faciem, infelicem Ecclesię, quæ tanto orbata est des  
 fensore, statim, communē deniq̃ omniū nostrū fors  
 tem deplorare, & ex animo quidem libet. Quid igitur  
 agam? Succumbā mne doloris? Patiārne ita rationi pers  
 turbationes dominari, ut in laudē tāti uiri, Superinten  
 dentis nostri, piæ memoriæ, nihil dicā? Equidē non fas  
 ciam. Ac opprimar licet doloris magnitudine, et ab ins  
 tituto suo auocetur mens: dicam tñ aliquid & q̃ potes  
 rit fieri breuissimē, & eò libentius dicā, quodd ratio uitæ  
 ac studiorū eius, mihi ob quotidianā consuetudinem,  
 à multis annis fuerit perspecta. Spero aut̃ (Auditores)  
 uos qd' ago pro humanitate uestra dextrē interpreta  
turos,

turos, & benignas aures præbituros esse: & si angustia temporis in quã sum inclusus, & doloris magnitudine prohibet<sup>o</sup>, uel cõuentu hoc uestro ornatissimo, uel Staphylo nostro minus digna attulero, æqui boniq; cõsulturos. Quo aut me uertã: Quid primò dicã: Virde exordiar queſo: Longiorine & diserta oratione, ingentem animi mei dolore, quẽ ex obitu huius tãti uiri percipio, testatũ reddã: At nihil ea profecero, & qd' Regius ille Psaltes de obitu filij sui olim testatus est, nunq; eum in hanc lucẽ ullis lamentis querelisque reduxero, et ego uadam magis ad illũ: ille uerò nõ reuertẽ ad me. Leuẽmne animas nostras aliqua cõsolatione: At deuenit profecto Gymnasiũ nostrum, ne de tota hac Prouincia, de tota Germania patria charissima, de tota Ecclesia longẽ afflictissima dicã, deuenit inq; ob Staphyli nostri obitũ (meo sane iudicio) in eũ miserĩe statũ, ut cõsolationi uix locus esse uideatur. An uerò uirtutũ magnitudinẽ, sinceram pietatem, zelum religionis Catholice, ardens studium oppugnandi hæreticos, eruditionẽ incomparabilem, magnũ in hoc quondam Superintendẽte nostro rerũ usum, & admirabilẽ prudentiã prædicem: At hoc non à me nullius eloquentiã, sed à celebri aliquo oratore pro dignitate præstari poterat & debebat. Cõplurima enim sunt, quæ in uiro commendanda nobis forent, si de laudibus eius dicendũ esset. Innumeræ in eo dũ inter mortales ageret, uirtutes eluxerũt. In omni genere disciplinarũ nobis ad miraculũ usq; suspiciendus, aduersarijs, uerò fidei Catholice mirum in modum terribilis erat. Morũ aut eius integritas, fidei sinceritas,

ORATIO

religionis zelus, Hæresium odium, probitas genuina  
 uita honestissimè pijsimèq; acta, plurimæq; aliæ uirtutes,  
 quibus ornatissimus erat, sic orbi innotuere Christiano,  
 ut nemo sit qui nesciat, et nemo bonus, qui non  
 probet, suspiciat, summisq; ad cælum usq; laudibus eue  
 hat. Quamuis nullius tantum flumen ingenij, nullam  
 tantam dicendi aut scribendi uim, tantamq; copiã esse,  
 quæ ijs exornandis par esse queat, omnino putem. In  
 quibus cõmemorandis tantum, meo sanè iudicio, dis  
 sertissimus quisq; obmutesceret: ac led omnia maiora  
 in Staphylo nostro fuere, q; ut uerbis exprimi queant.  
 Acut sine longioribus ambagibus recta ad rem ipsam  
 accedã: Natus est Staphylus noster Osnaburgi, Vuelst  
 phaliæ oppido, Parentibus honestis, pijs, Catholicis, ut  
 si bona stirpe & honestis parentibus ortum esse, egres  
 sia, quod ille ait, inter homines nota, liberisq; honoris  
 ficum sit: hoc nomine meritò nobis cõmendandus ues  
 niat, qui eos habuerit progenitores, quos uitæ hones  
 tate insignes fuisse ijs nō est obscurum, qui eo in loco  
 sunt aliquando uersati. Cumq; parentes optimi essent,  
 ut filius quoq; suis insistentis uestigijs optimus reddere  
 tur operã dedere: & à pueritia statim (quo in omnem  
 usq; ætatem tenacius hærent) ijs quas nos in uiro &  
 sene elucere uidimus, imbuendum curauere uirtutibus  
 & disciplinis: ut cum domi honestè uiuendi, quod imi  
 taretur paternū haberet exemplum, foris simul ac adul  
 tior factus, in optimis disciplinis artibusq; liberalibus  
 institueretur. Vnde nō mirum si mox ad tam altū eru  
 ditionis peruenit fastigiū, ut complurimos alios longo  
 post

Eurip. in  
 Hecuba.

post se relinqueret interuallo. Adolefcens etiamnum (quod fide digni retulere) auctoritatē sibi conciliauerat permagnam, ualebat apud inferiores multum, apud superiores plurimum, semperq; habuit nō adumbrata, sed expressa summi ingenij signa. Ac in iuuenili quantumuis etate, efflorescebat tanq; in herbis animi maturitas: prodibant statim singularis industrię quidam stimuli. Omnes uoluptates, omnes illecebrę deliciarum, deficiãq; longè aberant. Aderat ei ardor perpetuus mentis ad discendas res plurimas, animus constans ad laborem perferendum, facilitas ad patientiã, natura ad temperantiam, sapientia ad moderationē cupiditatum effrenorũq; animi motuũ: ut uix aliquis in uitijs asperandis seuerior, in mollitia corporis negligentior, ea in etate constitutus, reperiri potuerit. Totũ illius animi robur in uirtute fuit, omnemq; adolescentię cursum in mentis contentione sic confecit: ut nunq; neq; quiete neq; remissione, neq; ludis à recta deflexerit uia. Quãtũ etiam temporis aliĩ in tempestiuis cõuiuijs, compositionibus nocturnis: quantũ deniq; aleę, quantũ pilę tribuere nonnunquam solent, tantũ ipse sibi ad studia liberalium artium discenda sumpsit. Quibus abs studijs ipsum nullo unq; tempore aut otium abstraxit, aut uoluptas auocauit, aut retardauit somnus. Ac ut paucis multa complectar, uigebat in eo adolefcente adhuc ingenium bonarũ artium, bonarũ literarum, bonorum uiroꝝ maxime cupidum, cuius etiã excolendi causa, Cracouiã, tanq; ad mereturam bonarũ artium, ac ad florentissimas Italię scholas, & tandem etiam Viteber-

## ORATIO 213

gam proficifcebatur, cōmuni uulgi opinione, quæ tum  
 ob nouitatē cuius natura auidi sumus, ac celebritatem  
 Professorū, quam religionis nouitas pepererat, pluris  
 mos dementabat, ipse quoq; deceptus, ac fraudibus do  
 lisq; nouatorū opinionibus quibusdam, à fide Catho  
 lica alienis, imbutus: quibus ipsis tamen, diuina aspiz  
 rante gratia, q̄ primū per ætatē sentire licuit, contis  
 nuo renunciauit, uela uertit, in stationem recurrit, an  
 choramq; fixit eo in loco, unde eum ad extremum usq;  
 uitæ spiritum, nulli hæresum fluctus, nulli quantumuis  
 feroces aduersariorū insultus, nullæ infortuniorū, quæ  
 ob ueritatis confessionē magna sensit, procellæ detur  
 bare potuerunt. Qua sane cōstantia sua, maculā istam,  
 quam, quod deserto ueritatis orbe, ad errorū asyla con  
 fugerat, apud non nullos iusto rigidiores censores, cō  
 traxerat, egregiè eluit. Quemadmodū enim inconstan  
 tia fuit & non leue dedecus deficientis Petri, gloria autē  
 & lætitia maxima reuertentis: quemadmodum quoq;  
 Paulus Ecclesiā, dum errabat, persequebat̄ hostis, ean  
 dem conuersus mox ut fidelis ciuis tuebatur: quemad  
 modum etiā Augustinus, quoad Manichæus erat, pro  
 hæresi propugnabat, & ecclesiæ obnitebatur: agnito  
 uerò errore resipuit, eiq; semper castam fidem prestittit:  
 & quemadmodum Osius Cordubensis præsul, fraude  
 deceptus, Arrianorum imprudenter subscripsit Syrmis  
 ensi synodo, admonitus autē ab Episcopo Alexandrino  
 errorem correxit, ad Ecclesiā conuersus est. Sic & Sta  
 phylus noster, quod nonnullis sectariorum opinionis  
 bus circumueniri se in iuuenili ætate passus est, quo  
rundam

rundam reprehensionem effugere non potuit. At uicissim una omnium piorum uoce, amplissimo grauis simoq; cunctorum Catholicorum iudicio, commendatur & prædicatur, quod in maturiori postea ætate, abiectis erroribus ueritatem amplexus sit, relicta synagoga malignantium, ad Ecclesiam Dei Catholicam, quæ columna est & firmamentum ueritatis resuersus. Quamuis annis plus decem, quibus Vitebergæ, ut penitus quæ Lutheri cum Ecclesia contentiones cognosceret, uersatus erat, ita uixerit (id quod de seipso quoq; uel inuitis maleuolis, publice scribere minime dubitauit) ut toto illo tempore nullæ de ipso delatæ quærelæ, nemo illum accusarit in iudicio, nunq; conspectus in consistorio, adeoq; uixerit honestè, inculpate, modestè, ut aduersarij & uoce & scriptis quæ etiamnum in promptu sunt, hæc testificentur. A quibus bona uenia, honorificis studiorum, & uitæ laudabiliter actæ commendationibus ornatus, tandem cum Schmalcaldicum bellum ceptum esset discedens, ad suos in Prusiam proficiscitur, Duci eius Prouinciæ operam suam addicens, primum ut esset in Academia Professor, & mox quoniam huic functioni renuntiabat ut consiliarius. Quas autem ibi hæreses in populo: Quas dissensiones inter Professores offenderit: Quam diuersa studia uoluntatū in cunctis ordinibus: ipse mihi sæpe cōmemorare solebat, repetere nunc nimis foret longum. Hoc tamē minime dissimulandum puto, eū etiam tum à magistris subdolis & aduersarijs fidei Catholicæ, in grauisimas acerbissimasq; contentiones

i. Tim. 7.



## ORATIO

contentiones pertractum. Et certè dies me dicentē citis  
 us deficeret, quam oratio, si, quàm magnū ei & difficile  
 tum cum Hackio quodam, cum Gnaphæo, cum Poly-  
 phemo, barbaris quidem & ignotis, sed nō fictis tamen  
 nominibus, & perniciosis quinti Euangelij dissemina-  
 toribus certamen subeundum fuerit comemorare uel-  
 lem. Quas turbas Noriberga profugus Andræas Osi-  
 ander, cū in Prussiam uenisset, plurimum adauxit. Is  
 enim cū in Franconia naufragiū Vitebergensis Theo-  
 logiæ fecisset, Marcionis arrepta scapha in Balthici ma-  
 ris oram uectus, diu longoq̄ tempore sepulta Nestorij  
 atq̄ Manichæorum placita secum asportauit. Statimq̄,  
 quem causæ suæ plurimum obsuturum non ineptè au-  
 gurabatur, Staphylum nostrū seditiosus homo inuasit,  
 traxitq̄ in illud, quod diu antea quesierat, contumelio-  
 sum certamen: nullam profectō aliā ob causam, quam  
 quod à Principe interrogatus Staphylus de dogmatis  
 bus Osiandri, ea Manichææ Nestorianæq̄ hæresibus  
 finitima esse, sicuti reuera erant, affirmauerat. Quod  
 Osiandro cū esset renuntiatum, cepit inde eam, quæ  
 mox sequuta est, excitare in Prussia Tragediam. Ea au-  
 tem in contentione grauissima, qualem uirum, q̄ con-  
 stantem Christianæ ueritatis uindicæ se præbuerit, nos  
 uerunt uiri boni plurimi: nec ullo tempore, quē de hac  
 controuersia edidit, doctus et Christianus liber obli-  
 rari sinet. Ceterum hanc occasionem nactus Staphylus  
 noster, cū pene inuitus retineretur à Principe, nec  
 ulla spes propter nouitatem Osiandrini dogmatis ap-  
 pareret amplius restaurandę Ecclesiæ, fecit quod Chri-  
 stianum

stianum hominē decuit, & quia animus à nouatorum  
 dogmatibus abhorrescebat totus, corpore etiā ut abela  
 set longè ab ipsis, operā dedit. Prusiam itaq; non absq;  
 magna aliquot millium iactura reliquit, cognatos, affi  
 nes, familiares deseruit, rem domesticam magno affe  
 ctam detrimento neglexit, in Silesiā se suosq; transus  
 lit, & ad tempus sedem Nissæ fixit. Vbi sane nō diu las  
 tere potuit, Staphyli nostri uirtus, pietas, eruditio: re  
 quisit statim operā eius Reuerendissimus loci istius  
 Episcopus, quam etiam aliquot annorū spacio fidelem  
 ac salubrem isti Ecclesiæ præstitit, scholamq; amplissi  
 mam in Nissa ciuitate (ut plurima alia quę consilijs suis  
 prudentissimis ibi effecit omittā) ut Episcopus institue  
 ret author fuit. Requisit operā eius summus religio  
 nis nostræ zelator, Reuerendissimus quondam Salis  
 burgensis Episcopus Michael: requisit operam eius,  
 eaq; usi sunt in hunc usq; diem pietissimi & Catholis  
 cissimi, ut ita dicam, Principes, Imperator Ferdinandus  
 & Dux noster Albertus clementissimus. Quorum in  
 seruitijs, quot labores perferre, quot difficultates exor  
 bere, quot periculosas peregrinationes in Austriam, in  
 Bohemiam, ad uarias Romani imperij prouincias, ad  
 comitia Ratisponensia & Augustana, ad tractatus, col  
 loquia, conuentus, consilia religionis, ubicunq; loco  
 rum habita, conficere coactus fuerit, si explicare nunc  
 uellē, opus Iliade longius nasceretur. Staphylus enim  
 fuit qui in grauissimis, quæ infelici hac nostra ætate agi  
 tantur, religionis controuersijs, Cæsari, Illustrissimoq;  
 Duci nostro adfuit, consuluit, auitam religionem pro

## ORATIO

AA.S.

pugnandi, extirpandi nouam author fuit. Staphylus ob ardens hoc orthodoxam fidē propagandi studium, pericula plurima, corporis & fortunæ bonorum iacturam, acerbissimos aduersariorum insultus, cōiuitia, iniurias, cōtumelias, criminationes sustulit. Sustulit quidem sed honeste uitæ firmitate (qua nullum theatrum uirtuti maius) fretus, patienter infractoque animo, & quasi cum Apostolis gratularetur sibi ipsi, quod, qui ob confessionem Christiani nominis aliquid pateretur, dignus esset habitus. De quibus legimus in Actis. Et conuocantes Apostolos, cæsis denunciauerunt, ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Certus enim erat, sibi que conscius, innocens se à nocentibus, honestum à sceleratis, ciuem Ecclesiæ Dei, ab hostibus & desertoribus eiusdem, sine causa, sine culpa, sineque omni merito traduci. Certus erat beneque sibi conscius, non obesse sibi turpem & nocentem, à qua semper alienus fuerit, sed honestissimè laudatissimeque actam uitam, quam semper uixerit se commendare, non se odio bonorum sed inuidia malorum premi: adeoque Sathanam tantis se uiribus oppugnare, non quod hoc uel illud scelus delignauerit, uel, eò audaciæ & impietatis progressus sit, ut uel ipse contempserit, uel alios contemnere docuerit, quod facere nonnullos hac nostra ætate, inaudita ante hac temeritate uidemus, omnes Ecclesiæ

Catholicæ

Catholicæ addictos, omnes pios maiores nostros, omnes etiam sanctos Patres, Ecclesiæ Doctores, uir-  
ros ingenio, eruditione, industria clarissimos, Apo-  
stolorum tum discipulos, tum successores grauissi-  
mos, Ecclesiasticæ doctrinæ & assertores & propa-  
gatores, tot martyres spiritu sancto plenos, tot con-  
fessores quæstionibus probatos, tot insignes fidei  
Catholicæ proceres, tot uirgines sacras, tot religio-  
sas uiduas, atq; aded uniuersum illum, qui omnibus  
seculis & locis dispersi, per orbem terrarum uiuere,  
Christianorum cætum. Hoc est, inquam, audis-  
tores humanissimi, quod Sathanas in Staphylo nos-  
stro tolerare non potuit. Ob quod tantos irarum  
æstus aduersus eum conceperat, plenissq; conuictio-  
rum uelis in eum inuehebatur, quod dictos omnes,  
non contemnendos, sed colendos, sed ueneran-  
dos, sed in explicatione scripturarum audiendos  
imitandosq; docuit. Staphylus nihil studij, laboris,  
diligentiæ prætermisit, non uigilijs, non laboribus,  
non propriæ ualetudini pepercit, prisca ut retineas-  
tur fides, exterminetur noua: tradita à pijs maioris-  
bus nostris dogmata conseruentur, explodantur ea  
quæ sceleratæ malorum hominum factiones nuper  
inuenerunt. Quod omnium est, quod Catholi-  
cum est, quod orbis totius Christiani consensu ap-  
probatum est, in eo acquiescendum, id uerum, id res-  
ctum, id sine dubio amplectendum esse, rectè existi-  
mauit. Reijcienda econtra esse, & tanq; nocentis-  
simum uirus remis uelissq; quod dicitur, fugienda,

## ORATIO

quæ nuper nata, nuper ab inflato aliquo sensu carnis  
 excogitata, adeoq̄ ne temere ab eo discedamus, quod  
 tanto omnium consensu, tot seculis receptum, ne ab  
 orbe terrarum, quo Ecclesia Dei catholica secundum  
 Prophetica et Apostolica promissa diffunditur, nos di-  
 uidentes, in parte esse & pars dici uelimus, ne huius uel  
 alterius magistri seu præceptoris, sed ut Catholicæ fidei  
 confessionem Christianam unanimiter amplectamur  
 omnes: ne reiectis patribus, contemptis pastoribus &  
 Doctoribus, totius Ecclesiæ sensu & consensu ne pili  
 quidem facto, nouatorū perniciosis dogmatibus nos  
 addicamus, atq̄ adeo omnes omnium ætatum fideles,  
 omnes sanctos, omnes castos, continentes, uirgines,  
 omnes Clericos, Leuitas, Sacerdotes, tot confessorum  
 millia, tantū martyrum exercitum, tantam urbium, tan-  
 tam populorum celebritatem & multitudinem, tot In-  
 sulas, Prouincias, Reges, Gentes, Regna & Nationes,  
 totum postremo iam penè terrarū orbem Christo capi-  
 ti per Catholicam fidem incorporatum, superstitionis,  
 impietatis, idololatriæ grauisimorum certè criminum,  
 accusemus. Sed ut uniuersos, Græcos, Illyricos, Italos,  
 Gallos, Hispanos, Lusitanos, Germanos, Pannonios,  
 Dacos, Sarmatas, Cymbros, Gothos, Nordmannos,  
 Hibernos aliosq̄ undiq̄ Insulanos, & sexaginta illa  
 regna Aethiopiæ, & quicquid in deserta Lybia, quicquid  
 in uastissima Asia, quicquid in nuper inuentis terris,  
 noui Christiani germinis &c. perfidiæ, hæreseos atq̄  
 impietatis cōdemnemus, quos tamen Deus in semine  
 Abrahæ Christo benedicendos promisit. Ne deniq̄  
uelimus

uelinus esse paruuli fluctuantes, ne circumferamur <sup>Eph. 4</sup>  
 omni uento doctrinæ, quodq; semel à maioribus nos-  
 tris traditū accepimus, ab eo nos in aliud Euangelium <sup>Gal. 1.</sup>  
 transferri ne patiamur: quin potius id constanter &  
 mordicus retineamus, quod Episcopi Catholici lega-  
 tione pro Christo fungentes, per manus quasi ab Apo-  
 stolis, per longam Episcoporum & sacerdotum succe-  
 sionem traditum acceperunt: quod Apostoli sanguine  
 suo signatum nobis reliquerunt, quod miraculis pro-  
 pugnarunt, atq; aded consonemus paci, cohæreamus  
 unitati, acquiescamus charitati, credamus ueritati, cōsi-  
 stamus firmi in lapide angulari Christo, in quo edifica- <sup>Eph. 2. & 4</sup>  
 ti sumus in habitaculum Dei in spiritu sancto, cōtinea-  
 mus nos in Archa, ne pereamus regnante diluuiio, ma-  
 neamus in Petri nauicula ne fluctus nos absorbeant,  
 perseueremus in ouili Ecclesiæ ne prædæ fiamus lupis:  
 Firmi immoti, constantes, in matris nostræ fidelissimæ  
 gremio nos cōtineamus, quæ nos lauacro regeneratio-  
 nis spiritus sancti regenerauit, quæ salutarī fide imbuit,  
 quæ sacrosanctis mysterijs excitat, quæ fideli uerbo per-  
 petuacq; successione seruata confirmat, quæ catholica &  
 ubiq; sparsa est, ab Apostolica traduce, per legitimos  
 primates perpetuosq; successores huc usq; deriuata,  
 constanti consensu stabilita, urbs fortitudinis, domus  
 super firmam petram à Domino extructa, nulli Sathā-  
 nicæ machinationi cessura: cuius iudicio Angeli sta-  
 bunt, cuius autoritate steterunt Euangelia: quæ non  
 Simoni Mago, non Ario & Donato, nec ullis hæretic-  
 orum latratibus, quamlibet ingeniosis aut uiolentis:

## ORATIO

Math. 18.

non Synodis quantumuis celebribus, neq̄ Cæsaribus quoq̄ heretica insania furētibus cessit. Quam qui non audierit, uelut Ethnicus & Publicanus Euangelio deputatur. In hoc Petræ ædificio, in huius Ecclesiæ matris nostræ fidelissimæ gremio ac uerè asylo ueritatis, ut immoti perstemus Staphylus noster strenuè grauitercq̄ laborauit. Hoc studium eius, hic labor, hæ cogitationes nocturnæ diurnæq̄ fuerunt, hoc unicum scriptis, hoc uiua uoce, hoc consilijs suis saluberrimis, apud Cæsarem, apud Principem, apud Episcopos, apud omnes eos, quorū intererat, & qui aures ei præbebant, egit, curauit, effecit. Ea in re totus, priuatis quoq̄ negotijs posthabitis occupabatur, & ita occupabatur, ut beneficio Dei nō pœnitendos huius suæ fidelis operæ prestite per Bauariam, per Austriā, per Germaniam, per Ecclesiā Dei, quacunq̄ orbis parte dispersam, senserimus fructus. Sensisti tu quoq̄ Architecte hæreseon nostri seculi, uim eius ingenij ac eruditionis: sensisti q̄ gnauiter ueritatē à te oppressam ab interitu uendicari, Euangelium à te corruptum pristino restituerit nitore. Ita enim dolos fraudesq̄ tuas, ita technas imposturasq̄, quibus miseram plebeculā circumueneras aperuit: ita te, ouina pelle detracta, immanem lupum toti orbi cognitum fecit, ut qui prima fronte ab Apostatis quibusdam, Helias ac Euāgelista colebāre, nūc fraude patefacta, Pseudopropheta et indubitatus Antichristi præcursor, ubiq̄ fermè terrarū agnoscere, & à proprijs quoq̄ derelinquere discipulis. Confinxeras (uti enim ingenij, sic doli plenissimus eras) nouæ Theologiæ tuæ,  
noua

noua quoque principia, tanquam Dialecticaprædicamenta, Trimēbris  
Theologia  
Lutheri.  
 sedesque Topicas argumentorum, unde, quoties disputandum esset, rationes desumi possent, labefactatis tamen prius, & postea etiam explosis quæ hactenus à Theologis usurpata erant semper. Quis uerò hanc fraudem tuam primum aperuit? Quis quæso orbi Christiano cognitam fecit? Staphylus noster, uel hanc unicam ob rem tam præclare & feliciter confectam, immortalitate longè dignissimus. Impegeras falsò Catholicis, ut quamplurimos, confictis licet criminatōnibus, à fide ueteri, ad tuam nuper natam abstraheres, dogmata quedam, de quibus nemo ex Catholicis Doctoribus, ne per somnium quidem cogitauerat unquam, ne dum ut quispiam, ita sicuti tu scribebas, docuerit scripserit uis. Quis uerò metaphysica hæc, uulgaria hominum mendacia longè lateque transcendentis calumnias, primò uidit reuelauitque? Staphylus noster, mendacij osor, ueritatis propugnator acerrimus. Confestim ubi tragediæ tuæ, Pater hæreticorum nostri seculi, Protasini esses exorsus, tumultuabar is sanè uehementer, & ut solet, sub initio Epitaphios tragicæ euenire, te in formas uarias turbasque uertebas, quo ad Atheismi tui corpus, aliquod & uentrem parares, ederesque tandem partum conceptæ pestis tuæ, ad cuius partus foeturam haud dubiè operam contulerunt suam, Draco uetus, ut pronubus, & septiceps illa bestia, & ipse Pseudoprophetes, ut parentes. Etenim ex ore istorum (ut in Apocal. 17.  
 calypsi Ioannis est) prodierunt tres illi spiritus immundi Homologistæ, Sacramentarij, Anabaptistæ. Et quanquam  
 hi ipsi



## ORATIO

Iudic. 15.

hi ipsi tres immundi spiritus, tanquam uulpes Philistææ capitibus longè sint lateque disiunctissimi, tamè caudis ita sunt inter se ( ut segetem Domini incendere possint ) concopulati, ut nulla penè nunc reperiatur in tota Europa hæresis, quæ non aut Homologistarum, aut Sacramentariorum, aut Anabaptistarum caractere mentem gerat insignitam: ne si cupias cognoscere, queat deesse euidentis indicium ex istis tribus spiritibus, cui quis potissimum adherere mancipatus. Quis uerò hæc mutuas hæreticorum nostri seculi dissensiones, quibus non magis nobiscum, quam ipsi inter se digladiantur ac dissident, aperuit: Staphylus noster qui uel ideo locupletissimus est testis, quod & ipse præsens eas didicerat, & longo tempore inter eos uersatus, ad amussim nouerat oes. Depinxit is tam graphicè suis coloribus admirabilem illam dogmatum ac sententiarum confusionem, quæ in dies ac in horas quodammodo apud illos mutatur, totique mundo sectas tam dissectas proposuit legendas, ut nisi quis extrema sit mentis cœcitate percussus, Babylonice turris edificatores agnoscere facile queat, atque adeo perfectam Lutherane Theologiæ in tria membra distinctæ epitomen descripsit. Ad quam sanè Ecclesiæ Dei utilem & perque necessariam operam, diuinitus fuisse excitatum, quis est quæso qui inficias ire possit? Sumplerant iam uires ualde magnas hæreses, serpebant in dies longius latiusque remotissimas quoque orbis Christiani partes in undabant, usque adeo fraudibus dolisque suis Sathanas animos hominum occupauerat. Non poterat hanc tantam Ecclesiæ calamitatem, tot mille animarum

rum miserandum occasum, quæ est nunquã satis prædicanda bonitas eius, pater misericordiarum diutius æquis aspicere oculis. Quemadmodum itaque olim Israhelitico populo, in periculis uersanti, in dies excitauit & in subsidium misit, qui eum ab iniuria hostium mirando modo uindicarent: ita infelici hac nostra ætate Fredericum Staphylum, ueluti herosa quendam excitauit, per quem malo inualecenti mederetur, rebus Ecclesiæ afflictis succurreret, eamque a fraudibus, dolis, criminatibus hæreticorum uendicaret. Solet sic Christus Iesus promissi sui memor, dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ contra semen mulieris adulteræ, & insultus hæreticorum, cum omnium maxime inualuerint, adesse. Sic cum surrexisset Arius & non iam portuinculam quandam, sed penè orbem totum pestiferis suis cõtaminasset doctrinis, ut uniuersum postremo Rom. Imperium funditus concussum sit & commotum, ut monumenta ueterum testantur: excitauit herosas illos per quos Ecclesiæ afflictæ succurrit, Liberium, Athanasium, Hilarium. Sic cum exortus esset Macedonius, produxit in aciem contra eum Damasum, Gregorium Nazianzenum, Basilium, clarissima orbis Christiani lumina. Cum erupisset aliscunde Nestorius, emisit Cælestinum Rom. Pontificem, & Cyrillum Alexandriae Archiepiscopum. Cum emerisset è nescio quibus tenebris Eutyches, opposuit illi fortissimum Leonem. Sic aduersus Valentinum, Irenæum: aduersus Marcionem, Tertullianum: contra Celsum, Origenem: contra Nouatum, Cyprianum: contra Heluidium, Iouinianum, Vigilantium, Luciferos,

Vincentius  
Lirinensis.

## ORATIO

rianos, sanctissimum illum Ecclesiae doctorem Hieronymum. Sic contra Donatistas & Pelagianos, Augustinum; contra Monothelitas Agathonem: contra Iconomachos Tharasium; contra Berengarium Algerum; contra Henricianos, Petrobusianos, Petrum Abbatem Cluniacensem; contra Petrum Abailardum excitauit Bernhardum. Ac quocumque tempore haereses emerferunt, a quibus Ecclesiae Dei periculum aliquod immineret, semper singulari Dei beneficio excitati fuerunt aliqui heroes & uiri ingenio, doctrina, eloquentia praestantes, qui partim eas scripturarum authoritate, partim Ecclesiastica traditione confutarunt. Sic hoc nostro plusquam calamitoso saeculo, e Monasterio abiecta cuculla profiliit homo, cuius nomen in hoc sacro Monasterio, sine piaculo, uix dici posse existimo, qui primus omnium mortalium tempore nostro ausus est eam pacem, quae aliquot saeculis in orbe Christiano, uiguerat, labefactare, heresibus Ecclesiam perturbare, & illam Christi inconfutibilem tunicam, a quo facinore uel impij milites abstinuerunt, uarias in partes scindere, Christi corpus, quod illi in cruce integrum reliquerunt, diuidere. Et ecce Deus optimus max. pro inexhausta sua bonitate, ne Ecclesiae suae deesset, plurimos ingenio, eruditione, industria clarissimos uiros in arcem contra eum produxit Hosios, Cromeros, Canisios, Vuicelios, Cittardos Gressenicos, Zadesios, Fabros, Casalios, Medinas, Sirenios, huiusmodi quantos uiros? Et qui ob seruatam defensamque fidem, consummato cursu immarcescibilem illam coronam, quae parata est omnibus, qui multos ad iustitiam

tiam erudicere, à Deo omnis boni remuneratore iam percipere, lætiq̃ in sæcula sæculorum conspectu Dei æternâq̃ beatitudine fruuntur, Roffenses, Fabros, Nausæas, Merseburgenses, Eckios, Pighios, Cochleos, Emseros, Latomos, Sotos, Gropperos, Hofmaisteros, Ruardos, Lindanos &c. incomparabiles certe uiros & inuictos fidei defensores, inter quos tu o clarissime Friderice Staphyle, Præceptor charissime, non postremo loco iure meritoq̃ numerandus uenis.

Tu enim ad extremum usq̃ uitæ tuæ Spiritum, & quasi ad sanguinem usq̃, pro ueritate fidei Catholicæ contra deprauatores eiusdem fideliter pugnasti: tibi perpetuum & *ἀσπὸς ὀπί* cum hostibus Ecclesiæ bellum fuit: tu murum te pro domo Dei opposuisti: tu hæreticos nostri sæculi ingenijs, facultate dicendi, promissuæ plebis applausu, potentia principum munitos, uirili animo aggressus es, oppugnasti constanter, uicisti Christo duce & auspice gloriose. Tu Fabrum illum, contradictoriarum insanum conciliatorem, ex officina sua, ut Ecclesiã Dei & bonos uiros petulantia lingua incessat prodeuntem, malleo inuictorum argumentorum ita contudisti, ut uictus ipse, tibi uictori, non obscure omnium piorum iudicio, herbam porrexerit. Passus es quidem ob hoc tuum studium persecutiones plurimas, obrectabant, maledicebant, calumniabantur, omne genus conuictiorum in te euomebant hæretici: fingebant, mentiebantur, ut te saltem ueritatis tam præclarum Doctorem, exosum redderent: uerū passus es hæc omnia patienter æquissimo animo.

Ioan. 14.

Sciēbas enim te ob ueritatis confessionem, exemplo eius qui est ipsa ueritas, cuius causam etiam egisti, non ullam aliam ob causam hæc omnia patienter ferre debere, ut possis in cælesti patria cum eo regnare, si in his terris non inuitus cum eo iniurias aliasq; aduersitates sis perpeffus. Quam quidem patientiam tuam, & labores p̄ Ecclesia Catholica exantlatos, Deus Pater omnino potēs, quæ est bonitas eius, hesternæ die, liberaliter tibi remuneratit, quod te, cum satis laborū pro tuenda fide Christiana exhaustiffes, cum satis annorum etiam haberes, quinquagesimum nimirum annum egressus, cum satis dignitatum & honorū muneribus, apud summos Christiani orbis Principes Catholicos, perfunctus esses, non apud exteros, non foris, non in peregrinationibus, quas crebriores Reipublicæ & Ecclesie causa facere coactus fuisti, sed domi tuæ, rebus prius omnibus tuis cōfectis, riteq; dispositis, ex hac ualle lachrymarum ad beatissimam illam cælestemq; patriam, ad quam tot uigijs & laboribus aspirasti diu, morte tã felici & placida, benignè & misericorditer euocarit, in complexu charissimæ coniugis tuæ; in dulcissimorum liberorum tuorū, pro te agonizante deuotè flexisq; iuxta lectum, in quo decumbebas genibus, preces fundentium, conspectu, in præsentia deniq; tot hominum, amicorum, Professorum Gymnasij & Doctorū uirorum, quorum consuetudine cū delectarere, firma adhuc ualitudine, ipsi te cum morbo læthali iam conflictantem, minime deseruerunt, sed omnibus amicitie debitis officijs gratissimo animo eousq; donec in manus Domini spiritum

tum tuum commendares, prosequi uoluerunt. Quo quidem nomine non possum non gaudere potius, quā dolere, & ex animo tibi congratulari. Iam enim ut certō speramus & cōfidimus, diu desideratum portum attingis: iam metam ad quam contendisti, brauium pro quo certasti, præmium laborum tuorum dignissimum amplissimumque consequere: iam ad excelsum honoris & æternæ gloriæ splendorem extollere, iam te cū gaudio et iubilo gloriosus Apostolorum chorus, Prophetarum exultantium numerus, Martyrum innumerabilis populus ob cōfessionem fidei, quam tu quoque cum periculo uitæ scriptis, & uiua uoce profiteri non dubitasti, magnusque charorum numerus te excipiet: frequens & copiosa turba parentum tuorum, auorum, proauorum, atauorum tuorum, qui in hac quoque fide, quam tu docuisti, piè ex hac uita decesserunt: amicorum, fratrum, liberorum, in primis charissimus tuus primogenitus Albertus, quem superioribus diebus, ut uiam tibi præpararet, præmisisti, disertis, sano quamuis adhuc corpore, testatus uerbis, te breui eum sequuturum. Illi inquam omnes, magno desiderio, te ibi expectarunt hactenus, et magno cū gaudio & gloria te de deuictis hereticis triumphan-  
tem sistent ante conspectum eius, quem hic coluisti, amasti, prædicasti. Illic sine fine uidebis, sine fastidio amabis, sine fatigatione laudabis, qui medius inter Angelos & Archangelos, Thronos & Dominationes, Principatus & Potestates residens, summæ admirationi & uoluptati tibi in secula sæculorum erit. Apud quem etiam, non mortem, non luctum, non lassitudinem, non infir-

## ORATIO

mitatem, non odium malorum hominum, non hæreticorum persecutiones, sed summam semper securitatem, summam felicitatem, felicem libertatem, festiuitatem sine fine, æternitatem sine labe, serenitatem sine nube senties, planè quod illud quod oculus non uidit, auris non audiuit, nec in cor hominis descendit. Quis itaque non temperaret à lachrymis, ob mortem charissimi Staphyli nostri, præmaturam fortasse nobis, coniugi, liberis relictis, at ipsi tam utilem & salutarem? Quis non gratularetur ei potius, quod è miseris istis tam clementer liberatus, quàm optaret, reuocatum in hanc calamitosam uitam; præsertim cum excesserit ex ea, non subitan ea et insperata morte, sed uidiuturni morbi sensim exhaustus & consumptus: non præter spem & expectationem, sed mori paratissimus, & cū Apostolo dissolui cupiens & esse cū Christo. Excelsit quidem, sed cum peccata sua prius ritè confessus esset sacramentum charitatis & extreme unctionis uenerabile sacramentum summa cum deuotione percepisset: cum spem ac fiduciam omnem suam, se in merito Christi, in passione Christi, in cruce Christi collocatam habere cōstanter affirmasset sapius, cum imaginem crucifixi, in genua prouolutus, deuote adorasset, osculisque repetitis etiam cum uocis usu iam destitueretur protestatus esset, se propter hunc unicum redemptionis nostræ mediatorem, spem uitam æternam consequendi, animo suo conceptam habere. Cum denique in agone quasi iam constitutus, mihi ipsi quærenti, pluribus de hoc Gymnasio Professoribus præsentibus, nutu capitis res

Philip. 1.

tis res

tis responderit, quod ex animo detestetur hæreses omnes, in primis autem eas, quæ hoc nostro sæculo, sub specioso Evangelij titulo, prædicentur, mori autem uelit in ea fide quam maiores nostri piè tenuerunt, Ecclesia Catholica docuerit semper, ipse pro sua uirili scriptis & uiua uoce defenderit hætenus.

Quod si itaq; ( auditores ) uirtutes animi eximix, si uita in Ecclesia Dei, in qua sola est potestas clauium, & remissio peccatorum, piè honesteq; acta, si obseruatio recti, religionis, iusti, si zelus fidei Catholix, si labores innumeri pro Ecclesia Dei exhausti; si ardens studiũ propagandi ueritatem, extirpandi errores, si pericula, persecutiones, iniuriæ, contumeliæ, patientissimè propter Christi nomen tolleratæ: si deniq; omnis spes salutis in extrema mortis hora, in unico Domino ac saluatore nostro Iesu Christo collocata, beatam preciosamq; mortem efficiunt, nihil est profectò quod dubitemus, quin selecta illa Staphyli nostri anima, corporis nexum felicissimè reliquerit. Non itaq;

nimio luctu, non lamentis nimijs, non immodice profusis lachrymis (quod infideles, qui spem resurrectionis nullam habent, facere solitos Apostolus testatur) ob mortem clarissimi Staphyli nostri nos ipsos conficiamus: quin potius pijs uotis precibusq; animam eius ardentè prosequamur. Sancta enim & salubris est cogitatio uti sacrae testantur literæ, exorare pro defunctis. Ecclesiasticus quoq; à mortuo ne prohibeamus gratiam disertis præcipit uerbis.

1. Thef. 42

Amb. li. 28  
Epist. 58.  
ubi consolatur  
Faustinum.  
Eccle. 7.

Sic



2. Mach. 12.

Sic Iudas ille Machabæorum & Princeps pius, & Dux egregius, pro exercitu suo cæso orauit, magnamq; uim argenti misit Hierosolymam sacerdotibus, ut pro interfectis litarent, atq; sacrificia offerrent.

Sic ueteres illi uereq; sancti Patriarche, mortuis suis exequias celebrarunt, non aliam sanè ob causam, q̄s quod precibus uiuentium plurimum eos iuari posse minime dubitarent.

2. Reg. 1.

Cur enim Dauid super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populū Domini, eò quod corruisset, se lachrymis & ieiunio afflixisset tantopere, si nullū inde fructū ad defunctos redundare credidisset? Cur idē

2. Reg. 5.

2. Reg. 13.

Regius Propheta eum omni populo scissis uestimentis, & sacco indutus, ante exequias Abner? cur cum omnibus suis seruis, filium suum Ammon multis diebus luxisset? Cur Iudæi quondā Saulis cadauer publico

1. Reg. vii.

luctu, in parte Galaaditanæ terræ, ieiunio septē dierum, omnis sexus, & ætatis indicto, planxissent? nisi opere ipso testatum reddere uoluissent, qd' literarum monumentis consignatum reliquerat Iudas ille Ma-

2. Mach. 12.

chabæus: Sanctam nimirum & salubrem esse cogitationem exorare pro defunctis. Ac ut plurima alia ueterum exempla eius generis silentio prætereā, in nouo quoq; testamento eandē ob causam Martham ac Ma-

Iohan. 11.

Luc. 7.

riam fratrem suum, ac uiduam unicū filium, defunctos defleuisse, quis est qui in controuersiam uocare audeat? Hoc certe nemo inficias ire potest. Quemadmodum Iudæi, qui hac etiam nostra ætate uiuunt, quantumuis in cæteris ueritati rebelles, salutarem hunc pro mortuis

orandi

orandi morē, à pijs maioribus suis, sanctis illis Deoq̄  
charis Iudeis, quasi permanus acceptū, in hodiernū usq̄  
diē mordicus retinent; ita etiā Christianos interceden-  
di hanc pro mortuis consuetudinē, non nuper natam,  
nec hominū superstitione introductā, aut quod non  
nulli calumniari solēt, temporalis cōmodi lucriue causa  
inuentā, sed ab Apostolis ipsis, per legitimos eorū suc-  
cessores traditā, recte pieq̄ obseruare. Cōfirmat id lo-  
cupletissimus sane testis Chrysostronus: Nō frustra ab  
Apostolis sancitū scribens, ut in celebratione ueneran-  
dorum mysteriorū memoria fiat eorū, qui hinc disces-  
serunt. Nouisse enim eos multū defunctis hinc emo-  
lumentum accedere, utilitatis multū, nec fieri facillē posse,  
ut stante uniuerso populo, manus in caelos extēdente,  
& preces pro defunctis fundente, cætu itē sacerdotali,  
uerendoq̄posito sacrificio, Deus ijs non placetur.

Chrysostron in  
c. 1. ad Phil.  
Hom. 3.

Confirmat id Iohannes Damascenus, author anti-  
quus, nec minus grauis, q̄ doctus, refutās sui temporis,  
qui etiā hoc nostrum inuasit, errorē dum inquit; Sancti  
autē Apostoli, discipuli saluatoris, qui huius uerbi et my-  
stæ & testes oculati, ambitū orbis per tremenda & im-  
polluta et uiuifica sacramenta uenantes, uiuū ceperunt,  
memoriam eorū qui in fide obdormiunt, faciendā san-  
ciuerunt. Quod etiam firmiter admodū citraq̄ contra-  
dictionē à terminis terrarū ad terminos usq̄, indeq̄ ab  
initio ad hoc tempus præsens, usq̄ ad mundi finē ob-  
seruat, obseruabitq̄ Catholica & Apostolica Ecclesia.  
Non inaniter hoc aut frustra neq̄ absq̄ certis rationi-  
bus, quasi fortuito id sanciuissent. Etenim, quæ Chris-

Damascenus  
in or. p. def.

D      stiana

## ORATIO

Stiana religio erroris nescia suscipit perpetuoq; seruat  
inconcussa atq; integra, hæc uana esse non possunt: ues-  
rum sunt omnia utilia, sunt Deo grata, opemq; ferunt  
& conducunt saluti nostræ plurimum.

Cōfirmat tantus ille Ecclesię Doctor D. Augustinus,  
dum à patribus traditū, uniuersam obseruare Ecclesiã,  
disertis testatur uerbis, ut pro eis qui in corporis Christi  
communione defuncti sunt, sacrificiū offeratur: dum  
non prætermittendas supplicationes p̄ spiritibus mors-  
tuorum: dū animas defunctorū pietate suorum uiuenti-  
um releuare, cū pro illis sacrificiū mediatoris offer-  
tur, uel elemosynæ in Ecclesia fiunt, docet. Dū deniq;  
ipsemet p̄ matre sua Monica, cū Patricio quondã eius  
coniuge, defunctis, per quorū carnem introductus erat  
in hanc uitã, sæpe, tamq; ardentem ad Dñi altare Deum  
rogauit. Confirmat hoc quoq; D. Ambrosius sollicitè,  
tamq; diligenter pro Gratiano & Valentiniano Impes-  
ratoribus defunctis orãs, ut nulla die in orationibus &  
sacrificijs suis se eos silentio præteriturū ipsemet affirma-  
uerit. Ad hæc Dionysius Areopagita his omnib<sup>9</sup> anti-  
quior, et Pauli Apostoli discipulus, dum et modū oran-  
di et preces pro his, qui sancta spe obdormierunt, utiles  
esse, scribit. Cyprianus quoq; sanctus ille Martyr ad al-  
tare offerri, preces fundi, aut sacrificium pro dormitio-  
ne eorum celebrari prohibet, qui ab altari sacerdotē ad  
secularia negocia auocauerint. Ita Gregorius Nazian-  
zenus p̄ fratre defuncto intercessit. Epiphanius, Atha-  
nasius, Tertullianus aliq; sancti Patres & Doctores  
Ecclesiæ, quos in lege Domini die ac nocte uersatos  
esse,

August. de  
ver. Apost.  
sermone  
92.

Aug. de cur-  
ra pro mors-  
tuis gerēda.  
ca. 4. & 10.  
& 18.

Itē Enchir.  
ad Lauren.  
c. 110.

Lib. 9. c. f.  
cap. 11. 17. &  
ultimo.

Ambros. in or-  
at. funebri  
super obitū  
Valēt. Imp.

Dion. Are.  
Eccle. Hier.  
cap. 7.

Cyp. lib. 11.  
epistola 9.

Gre. Naz. in  
orac. funeb.  
fratris sui.  
Epiph. li 3.  
cōtra hęres.

esse, nec in eius uera intelligentia assequenda studiū, laboris, diligentiaē, quicquid pratermississe scimus. Hi oēs diuersis licet temporibus & longē latequē disitis locis uixerint scripserintquē: morem tamen hunc pro mortuis orandi scriptis confirmarunt, ipsique dum in corpore adhuc constituti essent, orarunt sedulo.

Et nos itaque sacris edocti literis, autoritate Ecclesiae, quae columna est, & firmamentum ueritatis, moti, sanctissimorum patrum exemplo et doctrina excitati, non tam fletu nimio & inutilibus lachrymis, quā ardenti oratione et salutari sacrificio exequias Staphylo nostro crastino die, qui primus inde dictus est celebremus. Celebremus eisdem septimo. Nam et luctum sapientis filii super mortuum septē diebus durare, & Ioseph cum fratribus suis fleuisse Iacob patrem in area Atad diebus septē sacrae constantur literae. Celebremus quoque tricesimo: siquidem filios Israel totidem diebus, triginta uidelicet, mortuum Moysen, Aaronem, Mariam, defleuisse legimus. Ac quoties reuoluuntur annus, toties ad exequiarum solennia redeamus, toties preces pro anima Staphyli nostri reintegremus. Nam & Iuda & Hierusalem cum Hieremia replicauerunt lamentationes, super mortuo Iosia rege. Apud Christianos autem anniuersarios defunctorum, magna deuotione, ante mille trecentos plus minus annos habitos, fide digni testantur scriptores. Nec fieri profecto potest (Audistores) cum Christus ex hac uita migraturus ad patrem suum celestem, nihil aliud nobis testamento reliquerit quam charitatem: cum non aliud sit patrem precatus diligentius, quam ut nos in uicem mutuo complecteremur amore: cum et mortis

Acha. q. 14.  
ad Antiochum Princ.  
Tertul. de corona militis.

1. Tim. 5.

Eccle. 25.  
Ge. 50.

Deut. vlt.

Tertul. de Christiano milite.

Ioh. 15.

## ORATIO

illius tam acerbæ, tam etiã ignominioſæ non alia cauſa fuerit, q̄ ut nos diſperſos uinculo mutuæ charitatis cõgregaret, & quali conglutinaret. Nõ fieri, in q̄, poteſt, ut is, min⁹ benignè accipiat, affectũ hunc charitatis noſtræ, quo etiam erga eos, qui iam è conſuetudine huius uitæ euocati ſunt, inflammati, curã eorũ gerimus, ſolliciti ſumus pro illis, conſultũ illis ex animo cupimus, ſalutem, refrigeriũ, requiem æternã illis precamur. Quib. ipsis tñ uotis precibuſq̄ noſtris, ſi ipſi iã diuino conſpectu, æternaq̄ beatitudine læti fruenteſ, non indigent fortãſſe, non fruſtra tamen fundi, ſed gratiarum actioſes eſſe D. Auguſtinuſ alicubi affirmat.

Aug in En-  
chiridio ad  
Laurentiũ  
cap. 110.

Ut itaq̄ uel Deo patri miſericordiarũ, pro inexhauſta ſua bonitate gratias agamus, uel D. Staphylũ, quem uiuum amauiſimus, defunctũ nõ uideamur odiſſe, ſed affectũ charitatis noſtrę, etiam nũ erga eum, teſtatum reddamus: uel ſi fortãſſe opus ijs haberet precibuſ noſtris, ei nõ deſimus ex intimo cordis affectu, ad Deum patrem miſericordiarum clamemus.

**O R A T I O.**

Omnipotens æterne Deus, in cuius miſeratione anime fidelium reſquieſcunt, cuius clementia magna, cuius miſericordia æterna. Memenſto quæſo omniũ credentium, qui hinc Chriſtiane & pię obdormierunt: memento Friderici Staphyli noſtri defuncti, cuius exequias ſecundum ritũ Eccleſiæ tuę ſanctę iam ſumus celebraturi, & gratiam quam de te per Chriſtũ ſperauit, remiſiſ cunctis criminibus eius, propitiuſ tribue, & brauiũ pro quo, te vires ſuppeditante, dum uixit gnauiter certauit, pro inexhauſta miſericordia tua ei cõcede, eũq̄ tecũ in ſempiternã requiẽ & gaudiũ ſuſcipias, ubi te ſanctam Trinitatẽ, cum omnibus electis uideat & celebret, eaq̄ omnia feliciter percipiat, quæ hic firmiſter credidit, per mortem & reſurrectionem filij tui Ieſu Chriſti Domini ac redemptoris noſtri, **A M E N.**

Errata ſic corrige. Fol. 1. parẽ me Magn. ad. quondã Eod. cõcidit, quæcunq̄ ad. & quæc. Eod. ſtatim leg. ſtatũ. Fol. 5. requiſiuit leg. reſquiſuerunt. Fol. 7. primates leg. tramites.

## ORATIO LVGVBRIS

Cum Septimus exequia=  
RVM DIES D. F. STAPHY-

li celebraretur, habità Ioanne  
Alberto Vuimpinense.



## NOS HACTENVVS IN

luctu fuisse, & adhuc lugere, clarissimi Viri mortem, Domini Friderici Staphyli, & priuato nostro, & publico Vniuersitatis nostræ nomine, Magnifice D. Rector, Illustres ac generosi Comites atq; Barones, Amplissimi patres, ac reliqui auditores clarissimi, neminem uestrum esse qui ignoret arbitror. Vestra enim facies, animum uestrum eodem sensu nobiscum affici, testatur. Omnium enim tristis apparet; omnesq; mihi squalore afflicti: ac lachrymas uix continere posse, uide mini.

Ego itaq; oratione hac mea consolari uos debet rem: & aliquantulum animos uestros recreare: & luctum uestrum (quem acerbum esse quis non uidet?) mitigare. Sed quid faciam? Cum illius uiri mortem, quam lugemus, æquo animo nemo ferat: cum Senatus Scholæ nostræ lugeat: Ecclesiæ antistites mæreant: tota religio Christiana squaleat & afflicta: omnes

## ORATIO

deniq; boni, tantum Ecclesiæ propugnatorẽ, religionis Catholicæ tantum defensore, propagatorem, columnam desiderent: Exclamare certè cogor: Odiẽ illum, Scholæ nostræ luctuosum, Catholicæ Ecclesiæ infoelicem, nobis omnibus acerbum, quo Staphylũ fata nobis eripuerũt. Quoties ego recordor, quã perniciosus toti Christianorũ orbi dies fueris: quantoq; gaudio Christi, eiusq; Ecclesiæ hostes, affeceris: & quantũ uirũ, quã pium, & quã doctũ, quãq; utilem, nobis abstuleris: totus totus exhorresco. Ego, Auditores, ego, si diẽ nobis tã infaustũ, hostibus Ecclesiæ tam exoptatum, aliquando præuidissem: ego si cũ Staphylus ualeret, proq; domo Dei murũ se poneret, prætitutum ipsi tempus moriendi præsciuissem: toto certè corpore nunq; non contremuissem.

Et quis bonorum non? Quis tam excæcatus, omniumq; rerum quæ hoc tempore geruntur, tam ignarus, qui non uideat, neq; intelligat, quanta nobis incommoda Staphyli mors (si is mortuus est, qui mortalitatem cum immortalitate commutauit) sectarijs uerò, coniuatis Ecclesiæ hostibus, quantas læticias, quantaq; gaudia, apportarit: Totam nostram Academiam lugere uidetis: lugemus nos omnes, lugent multi Principes, Ecclesia Catholica luget, quod hinc Staphylus auocatus sit. E contra uerò gaudent Osiandrii, lætantur Calviniani, exultant Illyricani, triumphant Philippiani: omnes deniq; Lutherani congratulantur sibi: quod Staphylus uita functus sit. Quis nõ ingemisceret hic: atq; condoleret, unius & eiusdem hominis

hominis interitum (si is dicitur interiſſe, qui naturæ  
 communi fragilitate exuta, in cœleſte regnum abiit)  
 tam diuerſas in hominum animis affectiones, genera-  
 re poſſe? Cùm omnes ſimus eiſdem naturæ partici-  
 pes, & ad imaginē Dei creati. Quam cauſam eſſe, Au-  
 ditores, putatis? Cur Eccleſia Chriſtiana Catholica, cū  
 hæreticis ob Staphyli mortem, non triumphat, exultat,  
 lætatur, gaudet? uel cur non potius hæretici, nobiſcū  
 cōtristantur, dolent, lugent? An nō ideo, Auditores,  
 quia Chriſtiana Eccleſia, cū hæreticis cōmune nihil ha-  
 bet? Cū illa Chriſti ductū ſequatur, ſeq̃ à diuino Spi-  
 ritu regi permittat, hæretici uerò, à Spiritibus impuris  
 exagitati, Chriſti uocē exaudire, in Eccleſia Catholica  
 ſonantē, reſuſcitant. Vnum ergo, atq̃ idē iudiciū de eadē  
 re habere, cū nō poſſint: & Eccleſia Catholica Staphyli  
 mortem lugendā eſſe cenſeat: cur eā non lugeremus?  
 Cur hac in re iudicio illius nō aſtipularemur? Sed uos  
 ſatis lugere, nō ignoro: & necelle nō eſſe, ut ad mæro-  
 rē uos cohortor, uideo: uerū potius, ut remediū luctui  
 ueſtro adhibeā, uoſq̃ conſoler, opus eſſe, conſpico.  
 Quod quidē ego facerē, & perlubenter facerē, ſi uxor  
 uidua, ſi filij, parente iam orbati, quos hic lugubri ueſte  
 indutos, aſpiciſtis, non obſtarent: ſi non animo meo  
 obuerſaretur, acerb. ille dies, quo Staphylus ex hac uita  
 migravit. Quis enim ueſtrū eſt, qui ſi puerulos iſtos,  
 Staphyli filiolos, præclaris parentibus natos, patre (uti  
 nouiſtis oēs) uiro eruditionis incomparabilis, iudicij  
 acerrimi, prudentiæ perſpicaciſſimæ, authoritatis apud  
 ſummū Imperatorē, ac Principē noſtrū Bauariæ Ducē,  
 clemens



## ORATIO

clementissimum, maximæ, iam piè uita functo: matre uerò muliere & honestissima, & ualde pia, & in ad ministrandare familiari diligentissima, adhuc diuina benignitate superstite, quis est, inq̃, qui si intueatur istos lugentes puerulos: et quanto parente sint orbat, recogitet: qui dolorem animo conceptum mitigari sinat: Minimum natu, Andream, intueamur: qui bonu à malo discriminare nondum nouit: & quem ab ipsis Angelis obseruari certum est: quàm egregius puerus lus, quàm liberali ac modesta facie: Et quid de reliquis duobus dicam: Fridericus atq; Ioannes, an non magnæ spei sunt pueri: moribus probatis, atq; pijs: Omnes certè dignissimi, & quos complectamur, & amemus, & iuuemus, institutione, doctrina, consilio, exemplo, admonitione, reprehensione, correctione, ijs deniq; omnibus, quæ ad eos informandos adhiberi poterunt. Digni sunt, auditores, & auxilio, & patrocínio uestro: neq; indigni, cum quibus condoleamus, unaq; parentis mortem defleamus: Defleuimus, & quidem acerbè, defleuit inconsolabiliter uxor, liberi, amici. Sed quid effectum est: Nos dolere, factò testati sumus, nos humanitatem non exuisse, ostendimus: præterea quid effectum sit, non uideo:

Quare licet uidua, à Staphylo relicta, obstet: licet filij, Patre iam orbat, reclamant: licet animus ipse meus repugnet: & nemo uelle consolationem admittere, uideatur: consolandi tamen omnes sunt, & uxor, & liberi, & nos ipsi, aliquid de mærore remittendū est: cogitandum tandem, nos homines, ea lege natos esse, ut omnis

ut omnibus ex hac uita, uel potius miseria, atq; morte, migrandum sit aliquando: nihilq; Staphylo accidisse, quod non omnibus sanctissimis, doctissimis, prudentissimis, olim usu uenerit: nobisq; omnibus expectandum sit. Paulus electum Dei organon dissolui cupiebat, & cum Christo esse: soluebatur quoq; cum Domino uidebatur opportunum. Et reliqui sancti patres, Ecclesie Doctores, eadem lege, qua Staphylus, omnes ex hac uita abierunt. Exempla si uellem, infinita possem adducere: sed angustia temporis impediri me, non ignoratis. Lex est ab ipso Deo omnipotente lata: & quæ reuocari nunq; potest: Omnibus hominibus statutum esse semel mori. Idem qui hanc legem tulit, humanæ uitæ dies quoq; numerauit, cum in hominum persona inquit, Dies annorum nostrorum, quibus degimus, septuaginta ferme annos esse, & si qui uis uidiore sunt, octoginta: quæ ipsorum excellentia, inter labores atq; dolores rectius numeretur. His ergo legibus cum omnes subiecti simus: cum hanc fatidicam uocem effugere, nequeamus: non est, quod nos ob mortem Staphyli nimium excarnificemus. Nec cum hæreticis gaudeamus: cum ideo illi gaudeant, quod sperent, sibi iam concessum esse, in domum Dei, sua usitata rabie petulanter irruere, & Leonis illius rugientis more, uerè Christianos deuorare, suisq; uenenatis dogmatibus inficere. Sed media ingrediendum uia: ita nempe dolendum, ut non obliuiscamur, Staphylum ex hominibus compositè sancte q; abisse, et in cœlestem patriam à summo

E reuocatum

## ORATIO

reuocatum Deo esse: ita uerò minuendus dolor, ne ipsi  
 annumeremur, qui neque resurrecturos esse mortuos,  
 neque æternam credunt uitam: atque ideo cum suis inter  
 ruisse existiment, inconsolabili dolore se cruciant. Dol  
 lendum est, inquit, non quod existimemus, malè cum Staphy  
 phylō nunc agi, ipsumque uita priuatum esse: cum opti  
 mè cum ipso iam agatur, cum coelestis regni ciuis sit fa  
 ctus, & uitam uiuat perfectissimam, & iam (ut spera  
 mus) de bonis participet, quæ ipse Deus per filium su  
 um sibi charis præparauit. Sed ideo dolendū est, quod  
 illius opera in posterū uti non possimus, & quod tanto  
 Doctore priuati simus. Non itaque Staphylum, sed nos  
 lugemus: non illius miseriam, sed nostra incōmoda de  
 ploramus. Cū enim Ioannes disertis uerbis beatos pro  
 nunciet eos, qui in Domino moriuntur, Qui fieri po  
 test, ut Staphylus noster infœlix iam sit: cū in Domino  
 sanctè pacateque obdormiuerit? Beatos autē lugendos  
 non esse, nemo est, qui inficias eat. Aut si in Domino  
 mortuus non est, qui nam in ipso moriuntur? Num illi  
 qui ab Ecclesia Catholica recedunt; armaturam ex or  
 thodoxis ueteribus petitam, deponendam esse cen  
 sent: Theologorum scholas despiciunt; authoritatem  
 Conciliorum ac Pontificum contemnunt; consensum  
 tot populorū, ac totius populi Christiani labefactant, et  
 tandē, quod orthodoxi docuere: quod authoritas Ecclesie  
 tradidit: quod populus Christianus amplexus est: quod  
 scholæ defendunt, exitiabile uenenū esse Sathane, pro  
 nunciant: Num illi in Dño mori, qui hæc impudenter  
 profitentur, uobis, Auditores, uidentur? An non potius  
illi,

illi, q̄ Christi mandato obsequētes (quo iubet, ut Ecclesiam audiamus, utpote quę columna sit, ac firmamentū ueritatis, superstructū, super fundamentū, Prophetarū & Apostolorū) in Ecclesia Christiana Catholica, quam in symbolo cōfiteri tenemur, manēt, scientes, se ab hac, sine salutis suę iactura, auelli nō posse: ea quę Orthodoxy patres sanctē docuerūt, amplectunt: Theologorum scholas obseruant; authoritatē Pontificum ac Cōciliorum sanctā, inuiolatamq̄ suspiciunt; cōsensum Ecclesię, conseruare, tueri, defendere, uoce scriptisq̄ conantur: Et tandē Christianam doctrinā, per Ecclesiam Catholicam propagatam, non exitiabile uenenū esse Diaboli, exitiabiliter eructant: Sed salutarem esse disciplinam, ab omnipotente Deo Ecclesię suę, uerbo atq̄ scriptis in hunc finem traditam, ut nos animarum nostrarum salutem, cum tremore ac timore operemur, nosq̄ in Christo, ac Christus in nobis maneat, reuerenter profitentur: Dicite hic mihi o Auditores, Ecclesię ne contemptores, an eiusdem obseruatores, in Domino mori existimatis? Dicite quid uobis uideatur: Ego illum, quem Christus ethnicū ac publicanum dicit, in Domino non posse mori, censeo: nisi agnito errore, eoq̄ abiecto, ad Christum reuersus fuerit. Qui autem Ecclesię authoritatem irrident: nec illam audire dignantur, Christus pro ethnicis ac publicanis habendos esse, mandauit. Quis ergo unquam dixerit, tales Ecclesię cōtemptores, ab ipso Christo reprobatos, in Dño uel mortuos esse, uel mori posse? Ex quibus intelligitur, quid de illorū morte censendū sit, qui Christi

## ORATIO

præceptum uiolantes, Ecclesiã ipsius superbè contem-  
 nunt: q̄ tyrannorũ more, libidini suæ homines obsequi  
 debere cõtendunt: qui sequuntur bestiã istam, Cerberi  
 progeniem, nõ adeo multos ante annos, à quibusdam  
 furentibus spiritibus impulsam, & à proprijs animi sui  
 perturbatis motibus exagitatã: quam omnes uos nõ  
 uistis, & quæ in hoc sacro loco nominari non meretur:  
 & quæ pro impudentia, publicè profiteri nõ est uerita,  
 omnes sanctos perñsse, si ita senserint, uti scripserint:  
 Quid hac uoce Christianis auribus indignius esse po-  
 test: Sed hic iam exclamare nõ libet: hoc tantummodo  
 dico, si Staphylus noster ex eorũ numero fuit, qui hanc  
 bestiam ducem sequuntur, quiq̄ illam, Euangelistam,  
 Heliam, sanctumq̄ uirum appellantes, colunt (ut ho-  
 die quamplurimi reperiuntur) neq̄ in Domino mor-  
 tuus, neq̄ beatus, sed in foelicissimus est.

Verum enim uerò, quis pro Catholicæ Ecclesiæ au-  
 thoritate, ualidius Staphylo propugnauit? Quis huic  
 bestiæ fortius Staphylo restitit? Quis illius dolos ma-  
 los, machinationes, prauaq̄ studia, Staphylo nostro  
 dilucidius retexit? An non hic huius bestiæ doctri-  
 nam erroneam esse, ex proprijs illius libris ostendit?  
 An non firmissimè extra Ecclesiam Catholicam, nul-  
 lam salutem esse demonstrauit? An non doctrinæ  
 consensum, in Ecclesia Dei necessarium esse, conui-  
 cit? Deniq̄ in id totus, an non incubuit, ut doce-  
 ret, Christum extra Ecclesiam reperiri non posse, neq̄  
 extra hanc quærendum esse, sed in hac ipsa inueni-  
 ri, & quæri debere? Neq̄ scriptis modo professus est  
hæc

hæc, sed factò quoq; suo confirmauit. Cùm enim se grauius ægrotare perentisceret: neq; tamen contumaciter adhuc decumberet: in primis sacrum celebrari sibi curauit: peccataq; sua Sacerdoti confessus, more Catholicorum, de cœna Domini participauit: postea uerò, Sacro oleo unctus, res omnes quæ ad breuim morturos pertinent, ritè sanctèq; composuit: omnibusq; mundanis atq; caducis repudio misso, diuina meditatus est: totumq; se Christi misericordiæ commendauit. Cum itaq; corde credatur ad iusticiam, & ore fiat confessio ad salutem: quis dubitat Staphylum nostrum salutè consecutum esse? Ore enim beatificam doctrinam Catholicam, quam corde credidit, confessus est, cum in hac ad extremum usq; sensum constanter permanerit: & hanc non solum uerbis, sed gestibus nutuq; professus sit. Ipsum itaq; piè sanctèq; in Domino ex hac uita discessisse, nemo dubitare potest.

Ob quam ergo causam nos lugemus? Quod ipsum amiserimus. Quid enim? An nō liberis suis profuisset? An non Scholæ nostræ ornamento, Ecclesiæ aut Dei cōmodo fuisset? Liberos certè suos ad suum ipse exemplum instituisse: ueram uirtutum uiam, quam optimè per spectam habuit, ipsis commonstrasset: eosq; in uirtutis studio & confirmasset, & retinuisse. Ipsi uerò liberi, morem parenti suo charissimo gessissent: in uirtutis studio magis atq; magis profecissent: & quod maximum est, domi nunq; non uiuum exemplar uirtutum, coram in spexissent: nec aliunde ipsis bone literæ cœquirendæ fuissent: sed ex parente, tanq; ex ubero

## ORATIO

rimò bonarū disciplinarū fontē haussissent: & hoc tanto perfectius, quāto in ipso doctrina perfectior quā in alijs fuit. Iam uerò cum Staphyli filioli, omnibus istis sint commodis priuati: ut de cæteris quæ non minora sunt, taceam: non immeritò tristes sunt, ac lugubri ueste induti. Et certè si intelligerent, quanta bona cum morte parentis ablata simul essent: multo tristiores efficerentur. Dolemus ergo nos: & filiorum causa, & tanto magis dolemus, quanto magis nos, quam ipsi incommoda uidemus, quæ patris abitus attulit. Quid uerò de Schola nostra dicam? Si Staphylus huic ornamēto nō fuit, nescio quid sit, quod ipsam ornare possit. Clarus enim fuit & doctrina, & exemplo, & autoritate, & fama: Philosophus acutissimus, Theologus subtilissimus: in Galeno quoq; bene uersatus: neq; ea quæ Hippocrates atq; Dioscorides habent, ignorauit: & iuris prudentiam non parum degustauit: ut nullum penè literarū genus sit, in quo ipse non exercitatus esse uisus fuerit. Mores in ipso fuerunt graues, placidissimi tamen: autoritate apud præcipuos Germaniæ, & totius ferè Europæ Principes, maxima fuit: fama deniq; nulli nō notus. Hæreticorū turba ad illius nomen est exterrita: omnes in hunc suos coniecerunt oculos: oēs hunc suis nocere cōuenticulis, suosq; detegere errores posse, sensere. Quotquot etiam inter ipsos celebriores sunt, hunc scriptis clam palam uè oppugnarunt: nullus non illorum suam de Staphylo sententiā dixit: omnes illius doctrina ac iudicio, tanq; diuina quadā ui perculsi, ipsum extimuerunt, ac execrati sunt. An nō hæc manifesta

nifesta sunt signa, ipsum Ecclesie fuisse, et acerrimū defensorē, & constantem propugnatorē, & hæresium euersorem: An non hoc ipsum scripta, quæ in publicū prodire permisit, partim testantur: partim illa quæ doctissimè quidem inchoata, sed nondum perfecta sunt: nec in hominum manus hactenus uenerunt? Et ut rectius loquar, de Staphyli iudicio, eruditione, ac in rebus Theologicis peritiā, ex scriptis quæ typis sunt excusa iudicari non potest: quæ etsi perfectissima uidentur esse: tamen cum ad pennam ab ipso tantum dictata sint, nullumq; ex ijs ab ipso elaboratum sit, umbram ingenij Staphylini potius, quàm ingenium ipsum monstrant. Hi audiantur, qui quotidie cum ipso familiariter uixerunt ij de illius eruditione testimonium ferre possunt. Quid dicunt? Reconditam ipsum habuisse eruditionem: Virum prudentissimū fuisse, & in omnibus disciplinis excellenter uersatum.

Tuum itaq; Caluine, iudicium, de Staphylo, falsum est, uirulentum, hæreticum, & ex tuo rabioso cerebro profectū, ad perniciē Ecclesie Dei, & tuos in errore retinendos: maledicentia tua, omnib. est iam manifesta: furor tuus conspicuus: effrenata libido nota. Quid? An non Staphylus noster, uestras pestilentissimas dissensiones, toti Christianorum orbi detexit? An non uos homines seductores esse, cauteriatam habentes conscientiam, ostendit? An non demonstrauit, fieri nō posse, ut Ecclesia Christi apud uos sit? Vos mutuo de rebus grauissimis, & in quibus salutis nostræcardo uertitur, dissentire, negare non potestis: libri uestri  
sunt



## ORATIO

sunt in promptu, qui uos accusant, ac contra uos dicunt  
 qui de iustificatione, de predestinatione, de Sacramen-  
 tis, uos, uos inq̃ sectarios, dissentire testantur. Cum er-  
 go de præcipuis Christianæ doctrinæ capitibus, aduers-  
 sa doceatis: Ecclesiam Christi quo iure uendicare uos  
 bis potestis? Dic Caluine, dic. Quod cum uideres à  
 Staphylo egregiè ostensum esse: ac fortè quosdam, qui  
 tuo ueneno nondum sunt læthaliter infecti, à uobis  
 ad Ecclesiam Christi metueres abduci: neq̃ tamen Sta-  
 phylo resistere posses: eum tuo more calumnijs discer-  
 pendum esse, duxisti. Et tu Bullingere, iudicium de  
 Staphylo breue quidem tulisti, sed uanum atq̃ falsum.  
 Et quid de alijs maledicentissimis hominibus dicam.  
 Quibus nihil nisi, quod non est Catholicum placet.  
 Quid de Zangero homine impuro, & indocto, &  
 quem ipsam maledicentissimam maledicentiam appel-  
 lare posses: Quid inq̃ de hoc nugigerulo dicam? Qui  
 Theologum quidem se profitetur, sed calumniatorem  
 se exhibet. Et quid facit iste? De hominib. bonis men-  
 titur: illorum famam bonam, ore suo impuro, corde  
 uirulento, stultiq̃ loquacitate, obscurare conatur: li-  
 bellos quosdam conuertit, & cudit, tam insulsos, men-  
 daces, & ineptos, ut ipsam stultitiam superare possent.  
 Et tamen se Theologum profiteri non ueretur. O  
 Theologe. Si maledicere, calumniari, bonos uiros  
 proscindere, bonam illorum sententiã peruertere, &  
 nihil non moliri, quod Catholicis atq̃ pijs uiris odium  
 conciliare potest: si inq̃ ista facinora perpetrare, est  
 Theologum agere (audias quæso quid dicturus sum

Zan g e

Zangere) tu Theologus es: sin uerò ista scelera, in quibus tu uoluntaris, in bonum uirum non cadunt: dic mihi quis sis? Quæras ex te ipse, quo animo uirus istud tuum ( nosti quale putem ) euomueris. Sed quid te, cum ago, cum talis sis, qualem te scripta tua produnt? Staphylo religio Christiana, semper cordi fuit: quod tu de ipso scripsisti, uanum est. Sed quid scriberes, cum nihil nisi uanitati studeas?

Hæreticorum itaq; iudicijs, Auditores, quæ de Staphylo feruntur, minime moueamur: ipsum salutare Christi organon fuisse certò scimus, & pro domo Dei murum se posuisse: & hæreticos ualidissime oppugnasse, nouimus. Cur itaq; optime Deus, Ecclesiæ tuæ, quæ iam undiq; affligitur, ipsum diutius nō concessisti? Cur tanto defensore unicam tuam orbare uoluisti? Cur nos tuos filiolos, Ecclesiæ tuæ obsequentes, Christi q; tui crucem in pectore portantes, dolore: hæreticos uerò, tuos aduersarios, Ecclesiæ tuæ coniuratos hostes, contemptores, irrisores, crucisq; Christi inimicos, gaudio affecisti? An nos dolere, mœrere, lachrymari: illos uerò, gaudere, lætari, exultare uoluisti? Dolemus nos itaq; gaudere illi: mœremus nos, lætantur illi: nos lachrymamus, illi exultant. An uero aliam ob causam ipsum auocasti? Certè propterea, quia nos tanto doctore indignos esse iudicasti: quia ipsum peccatis mundi amplius defatigari, noluisti. Quia ipsum liberare: nos propter malè facta nostra punire uoluisti.

Quare, Auditores præstantissimi, cum uideamus Deum iam surrexisse, ad iudicandū genus humanum,

F maloscq;

## ORATIO ALBERTI.

malosq̄ puniendum, uitam nostram improbam, cum  
Christiana piac̄q̄ commutemus: uetere homine exuto,  
nouū induamus: armaq̄ lucis assumamus, ut tentatio-  
nibus resistere in die malo possimus. Dies malus iam  
adeſt: Diabolus per sua membra, Ecclesiā Christi con-  
turbat, eam euertere conatur, et electos seducere. Ores  
mus ergo nos, Dominum patrem misericordiarum, ac  
omnis consolationis fontem, ut Ecclesiæ suæ adesse: ac  
in uineam suā operarios mittere dignetur. Melsis certe  
iam multa est: operarij autem fideles pauci: clamemus  
ad ipsum serio, neq̄ cessemus, qui promisit, se nos in tri-  
bulatione exauditurum esse, nos exaudiet: tribulamur  
iam, affligimur, coangustamur. Quorsum itaq̄ nobis  
fugiendum est: cuius, cum aduersus spirituales nequicia-  
as nobis pugnandum sit, auxiliū implorandum: Chris-  
sti, qui suis promisit, se ad consummationem usq̄ seculi  
apud ipsos mansurum. Et quid poterit nos à charitate  
seperari: Qui doli, quæ fraudes, fidem Catholicam por-  
terunt labefactare: Inferorum portas aduersus Eccle-  
siam Dei non preualituras, sacræ literæ testantur.

Nos itaq̄ simus animati: Deus Ecclesiæ suæ  
doctores dabit fideles: efficiet tandem,  
ut hostes suos, uerbo diuino pro-  
stratos, conspiciamus. Quod  
Deus faxit Optimus  
Maximus.

ORATIO

## ORATIO FVNE

BRIS IN TRICESIMO MA-

gnifici & amplifs. uiri D. Friderici Staphyli, quondam  
 almæ Ingolstadiensis scholæ Præfecti etc. à Ros-  
 dolpho Clencken Saxone, SS. Theologiæ  
 Doctore, Professore, & I. V. Licen-  
 tiato, amoris & obseruan-  
 tiæ ergo recitata.



VM PRÆSENTEM

miserandam & lugubrem rerum mes-  
 cum expendo faciem, Magnifice Dñe  
 Rector, Illustres, Generosi, in dylitico  
 mites & Barones, Reuerendi Patres,

Nobiles, amplifsimi & clarifsimi uiri, usu mihi uenire  
 uideo, quod olim sanctissimo Prophete Hieremiæ usu Hierem. 7.  
 ueniebat, quem Dominus ipse insigni alioquin enco-  
 mio adornans, Priusquam, inquit, te formare in ute-  
 ro noui te: & antequam exires de uulua sanctificaui te,  
 & Prophetam in gentibus dedi te. Ad tantum nanq;  
 munus, tamq; eximiam uocationem indignum se esse  
 putans, alta uoce exclamat A, a, a, Domine Deus, ecce  
 nescio loqui, quia puer ego sum. Sic & ego iure nunc  
 exclamare possum & debeo A, a, a, Domine Deus, nes-  
 scio loqui: quia circundederunt me dolores mortis, & Psal. 17.  
 torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores in-

## ORATIO

Pfal 114.

fervi circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me: imò uel cum ipso Græcorum disertissimo uate dicere,

ὃ δ' ἔι μοι δέκα μέρυ γλώσσαι δέκα δεσμάσ' ἔιερ,  
φώνη δ' ἀρρηκτοσ χαλκωσ δέ μοι ἦτοσ ἐν εἰκ,

Hierem. 9.

Eph. 6.

exprimere possem, aut declarare animi moerorem, tristitiam mentis, membrorum cōcussionem, spiritus tribulationem & angorem cordis, quem præter omnem expectationem Magnifici Superintendentis nostri, præceptoris & conterranei longè amantissimi, cuius manibus bene precamur, & hodie tricesimum publicè peragimus, in sperata mors mihi peperit attulitq̃. Quid faciam autem, expetam ne cū Hieremia, Quis dabit capiti meo aquã, & oculis meis fontē lachrymarū, & plorabo die ac nocte interfectos filios populi mei: Deplorabo ne Catholicæ Romanæ uicē Ecclesie, quæ fortē hūc, uigilantē, strenuūq̃ amisit ducē, indutū armatura Dei, habentē succinctos lumbos ueritate, circumdatū lorica iustitię, calceatū pedes in preparationē Euangelij pacis, in omnibus sumentē scutū fidei, galeã salutis, & gladiū spiritus, qd' est uerbū Dei, in quo oīa tela ignea nequissimorū hæreticorū & schismaticorū extinguere posses: Huius ne uicē deplorabo, defleã ne nostram propriam insignem calamitatē, damnū ingens, ac noxã penē irreparabilē: an consolatiōnē accipiã, blandē me, quem admodū Rachelē de immatura morte infantū, sic nūc apud Hiere. de calamitoso Staphyli exitu, alloquēte Domino. Quiescat uox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis,  
quia

quia est merces operi tuo ait Dominus, & reuertentur de terra inimici, & est spes nouissimis tuis ait Dominus, & reuertentur filij tui ad terminos suos. Solamen id sane magnū est, quod huic nostro fortissimo athletę constantissimōq; parta uictoria contigisse, magna fiducia speramus: ita ut uocem lamentationis in excelso auditam, luctum & fletum Rachel plorantis filios suos & nolentis consolari super eis, quia nō sunt, nō nihil mitigare, moderari, lenire queamus: singultus, eiulationes, aliāsq; uehementiores animi affectiones aliquantulum posthabere: & potius ad magnas Staphyli nostri animi ingenijq; dotes, quibus benignitas Dei eum diuinitus afflauit, paulisper orationem conuertere uolumus. Ita me hercle fiet, ut his diligenter ponderatis & expensis mentem recreemus, refocilemus animum subristem, & dolorem immoderatum deponamus.

Ne autem cuiquam, qui plus sapere uult quam oportet, neq; iubente Paulo sapit ad sobrietatem, mirum Rom. 12. uideatur, cur hosce dies publico in luctu transegerimus, defuncti manibus per septem integros dies publicis supplicationibus bene precati fuerimus, sacrificia altaris corporis & sanguinis dominici ad animę salutem obtulerimus: demum sacrificijs laudis, orationum & precationum, quantum in nobis erat, subuenerimus: si quis talis adest, is huius rei rationem breuiter sic accipiat. Nos hac in parte nihil fecisse noui, nihil ab humanitate alienū, nihil à naturę scriptaq; lege & sacris literis dissentaneū. Ad iusta persoluēda exequiaq; celebrandas

## ORATIO

celebrandas defuncto Patriarchę Iacob, tota Aegyptus  
 conuenit: Principes, Duces, Proceres, primates Regis  
 Pharaonis, unã cū senioribus Israël funus uenerandū,  
 magno comitatu ex Aegypto in terram Chanaan des-  
 ducunt, prosequuntur: plangunt septem diebus, adeo  
 ut & loco hinc inditum sit nomen, plangtus Aegypti.  
 Deflet populus Israël per cunctas familias suas luctu &  
 Num. 20. planctu publico mortem in speratam Aaronis Sacera-  
 dotis triginta integros per dies. Lugent filij Israël in-  
 teritum ducis sui & moderatoris Moysis, dum in cam-  
 Deut. ult. pestribus Moab cōsistunt, totidē per dies. Luget Ho-  
 norius Imp. pijsissimi & Christianissimi parentis Theo-  
 dosij mortē: celebrat quadragesimū sacris altaribus as-  
 sistens, sacra faciente Ambrosio, qui hanc rem in sua  
 funebri oratione de obitu Theodosij Imp. ita descri-  
 bit. Eius ergo Principis, intellige Theodosij, & proxima  
 me conclamauimus obitum, & nunc quadragesimū  
 celebramus, assistēte sacris altarib. Honorio Principe.  
 Quia sicut S. Ioseph patri suo Iacob quadraginta die-  
 bus humationis officia detulit, ita et hic Theodosio pa-  
 tri iusta persoluit. Et quia alij tertiū diē, & trigessimū, alij  
 septimum & quadragesimum obseruare consuerunt,  
 quid doceat lectio, intellige sacrae scripturae, confide-  
 remus. Defuncto, inquit, Iacob praecepit Ioseph pueris  
 sepultoribus ut sepelirent eū. Et sepelierunt sepultores  
 Israël, & repleti sunt ei quadraginta dies. Sic .n. diuis-  
 merantur dies sepulturae, & luxit eū Aegyptus septua-  
 ginta diebus. Hæc ergo sequenda solennitas, quam  
 præscribit lectio, Sed etiam in Deuteronomio scriptū  
 est,

est. Quia planxerunt filiū Israēl Moysen diebus triginta, & consummati sunt dies luctus. Vtraque ergo observatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis impletur officium. Bonus itaque Ioseph qui formam pio muneri dedit, quem amabat pater, cui dixit: Adiuuet te Deus meus, & benedicat te benedictione terræ, habentis omnia, propter benedictionē mamillarū & uulvæ, benedictionis matris tuæ, & propter benedictionem patris tui. Pij patris soboles bona. Celebrat ergo & iste quadragesimā, patris Iacob supplantatoris illius, & nos celebramus Theodosij quadragesimā, qui imitatus Iacob supplantavit perfidiā tyrannorū, qui abscondit simulachra gentiū. Hęc Ambrosius. Quā speciē Iesu bone aut impietatis, aut irreligiositatis, ut ita dicamus, habet? Quomodo cū lege naturæ, quæ humanis mentibus, infixæ est & immutabilis, pugnat? Quomodo scriptæ eneruat? Quomodo primitivæ laudabilē Ecclesiæ cōsuetudinē infringit? Si dilecta cōiunx, dulcissimi liberi, quantumlibet per ætatē de rebus integrè iudicare haud queant, si amici, clientes & familiares, Staphylo marito percharo, amantissimo parenti, amico gratissimo, conterraneo suavissimo, præceptori colēdissimo, patrono observādissimo, atque familiari iucundissimo iusta persoluāt, inferias agant, celebrēt exequias. Staphylo in quā supplātatori recēs natorū dogmatū, exterminatori falsarū opinionū, indici & monstratori latentium tenebrarū, & occultati uenenī, passim in nouatorū libris, ad inescādos simpliciū animos, subdolē sparsi. Cur nō hic Iosephū typū Christi, populū electū Dei, monēte naturæ lege



## ORATIO

ræ lege imitaremur: Cur nõ sequeremur uestigia Chris-  
 tiani Imperatoris Honorij: Cur nõ niteremur autori-  
 tate religiosissimi et sanctissimi Episcopi Ambrosij, qui  
 singulari Dei prouidētia, regnante Arii pestifero dog-  
 mate, ad munus episcopale uocatus est: et hunc sup-  
 plantatorem nouatorum pari pietatis studio lugere-  
 mus, plangeremus, atq; Ioseph supplantatorem Iacob,  
 Honorius & Ambrosius supplantatorem idolorum  
 Theodosium, piè & religiosè luxerunt planxeruntq;.

Augustinus porro Ambrosij discipulus in q. super Ge-  
 nes. septimum diem in scriptura autoritatē habere cõ-  
 tendit, & præter hunc Genes. locū Ecclesiasticū quoq;  
 introducit. Luctus mortui septem dies: fatui autem &  
 impij omnes dies uitæ illorum. Septenarius nanq;  
 numerus propter sabbati sacramentū præcipuè quies-  
 tis indicium est: unde meritò mortuis tanquam requies-  
 centibus exhibetur. Eodem modo interpretatur Ra-  
 banus Maurus Moguntinensis Archiepiscopus lib. 4.  
 in Genes. quamuis in Numer. de tricesimo, quo luxer-  
 runt filij Israël Aaronem sacerdotem aliud uelle uis-  
 deatur, secutus Isidorus & Bedam præceptorem suū,  
 quos postea & Rupertus imitatus est: à qua sententia  
 etiam ipse Chrysostomus & quidam alij ex Græcis &  
 Latinis non abhorrent. Præter hunc autem publicum  
 luctum, quem aut per septem, aut triginta dies perage-  
 re solemus, quod & sacrificia propitiatoria corporis &  
 sanguinis Dominici, tum orationū siue laudis, ad pœ-  
 nas temporarias, si quas patitur anima defuncti mitis-  
 gandas, atq; quandoq; etiam planè tollendas, piè & re-  
 ligiosè

q. 172.

Eccle. 22.

Lib. 4. c. 16.  
 Lib. 3. c. 1.  
 Rup. de op.  
 trin. in  
 Num. c. 14.  
 Chr. in  
 Gen. hom.  
 ult.

ligiosè offerimus, Epiphanius, Damascenus, & Rabanus ab Apostolis traditum esse locupletes testes sunt, quorū sententiā deinde posteriores, ut Beletus et Durandus in suis diuinis officijs, ipsum quoq; Isidorū allegantes, sunt per oīa secuti. Idē sese offert apud Chryso-  
stomū hom. 69. ad pop. Antioch. apud sanctissimum illum Paulinū Nolanum Episcopum: & hunc fuisse perpetuum usum offerendi supplicandiq; pro defunctis, attestantur Basilius & Chrysostomus in suis Liturgijs Græcis: tū Chrysostomus in 1. ep. ad Corinthios, Augustinus passim: præcipuè tñ in lib. de cura pro mortuis agenda. Gregorius in dialogis, & hom. 37. in euangelia: deniq; Cabasilas Græcus in sua Liturgica expositione, & reliqua turba antiquorū Catholicorum scriptorum, quorū sententias recensere neq; hic locus postulat, neq; tempus suppetit, atq; aliās hanc controuersam quæstionem multis explicauimus enodauimusq;. Quamobrem mirari desinant, si qui publicū hunc nostrum luctum diligentius, secundū sacre scripturæ normam, expenderit: septimus, tricesimusq;, quæ ratione à nobis peragatur, intellexerint: certò apud se statuentes & legi naturæ, quicquid huius egimus, probè congruere, & cū sacris literis esse consentaneum: tum traditionem, iam inde ab Apostolorum temporibus, ad nos usq; propagatam.

Vt autem ad id unde digressi sumus reuertamur, & Staphyli nostri, magnas ingenij dotes, uti fidē, nos esse facturos, dedimus, parumper explicemus: uitæ genere, studijs, cōditione, rerum gestarum serie, morte deniq;

Epiph. hæc  
rel. 55.  
Damas. in  
or. pro def.  
Rab. li. 2. de  
inst. cl. c. 44.  
Beletus. in  
rat. c. 160.  
Epist. 1. ad  
Amand.

Hom. 41.  
c. 2. & vlt.

## ORATIO

ipsa, ab alijs reuerendis & clarissimis uiris, tum nostra  
 Germanica exegesi, eleganter et disertè explicata: uel pri-  
 mum industria magna et preclara in hoc uiro nobis sese  
 offert. Nā tenera adhuc in ætate existens, per Eberhar-  
 dum Birckman̄ auunculū suum, ex ipsa Vuestphalia an-  
 tiqua Saxonia, ciuitate Episcopali Osnaburgo, quæ à  
 mea patria Brema undecim tantū distat milliaribus, hos-  
 nesto patre Ludeken Stapellage patrio, & antiquo Sax-  
 onico idiomate sic dicto, liberaq; matre Anna pgnas-  
 tus, in Hollandiā Amstelredamensem ciuitatē perduci  
 tur: ubi nauim cōscendens cū auunculo, Hamburgum  
 antiquam sedem Archiepiscopalē proficiscitur, atq; in  
 ostijs celebratissimi Saxonie fluminis Albis, naufragiū  
 patitur. Inde explicans se à periculo maris, Gedanū ces-  
 leberimum Prussiae emporiū, magnis itineribus con-  
 tendit, reliquos auunculos & amittinos, diuites mercas-  
 tores salutaturus. Hęc enim est consuetudo Vuestphas-  
 lorum, ut sua industria, sedulitate, tolerantia laborū, &  
 patientia famis, sitis, caloris & frigoris in Prussia, Lio-  
 nia, Lithuania cæterisq; finitimis regionibus, honestis  
 artibus, honestoq; lucro opes cōquirant. Gedanū non  
 multo post relinquēs, recta Caunā Vilnāq; celebri-  
 res magni ducatus Lithuaniae ciuitates auunculo coha-  
 bitaturus pergit: apud quē paruo tēpore insigni illa sua  
 industria, quæ Vuestphalis, præ cæteris Germaniæ ho-  
 minibus penè peculiaris est, in lingua Rutenica et Lith-  
 uanica plurimū inter se distantes, tm̄ pfecit, ut alteram  
 Rutenicis literis, non nihil cū Grecis cōmune habentis  
 bus, ut cunq; exararet; alterā uerò plebeculę cōmunem,  
neq;

acq̄ literis cōprehensam, rectē exprimeret, cumq̄ eius  
 gentis hominibus loqueretur, illū intelligerent, & ille  
 quoq̄ ab eis uicissim intelligeretur. Habet namq̄ Ger-  
 mani hoc pro more, qui ibi inter peregrinos uersant, ut  
 has duas linguas p̄miscuē perdiscāt, quō & inter nobis  
 les aut honestiores, qui lingua utunt̄ Rutenica, et inter  
 plebē rudē simplicemq̄, uernaculæ linguæ Lithuanicæ  
 deditā, utiliter cōmorari possint. Duabus his linguis co-  
 gnitis ad maiora statim per unicā industriā aspirat, et ne  
 apud auunculū Caunę diuti⁹ delitesceret, aut iuuentutē  
 suā ad capeffendas disciplinas facilē, ipse negligeret: ce-  
 leberrimā illā inclite Polonię scholā Cracouiensem cus-  
 pidē uisitāt: ex qua & hic, amplissimi populosissimiq̄ re-  
 gni, amplissimas, clarissimas, illustres & antiquissimas  
 Tentzeniorū, Roseszarzouiorū, Ziolecconū, & Op-  
 polinensiu families corā intuemini præsentes. In ea  
 alma uniuersitate, doctissimorū, p̄ffessorū crebris lectio-  
 nibus atq̄ priuato studio, celebriorū linguarū Græcę et  
 Latinæ, barbaris illis priorib, quantūlibet & necessarijs  
 & utilib, adiicit cognitionē. Porro insigni illa & præcla-  
 ra industria, celebriores Ch̄riani orbis regiones, Italiā  
 & Gallias plustrat, pbē memor isti⁹ Homeri, quo tan-  
 toperē inter cętera πολυτρόπος δδυσσεύς encomia laudēsq̄  
 celebrat:

πολλὰρ τῶρ ἀνδρῶν ἰδερᾶεία, καὶ νόον ἔγω.

Romæ aliquanto tēpore, Reueren. Episcopo Lubecēsi  
 Ioanni Hoffilter Vuestphalo, et cōterraneo suo aman-  
 tissimo, uisendi discendiq̄ gratia adherens: Paduę dein  
 celebratissima illa & frequentissima in schola, M. Sentē-  
 tiarū Petrū Lombardū episcopū Parisiēsem scholasticē

G

2

enarratum,

## ORATIO

enarratum, magna animi attentione audiuit. Inde pro-  
 sperè reuersus, auunculus q̄ Caunæ habitabat, & prole  
 alioquin destituebatur, Staphylū nostrū Reipub. Chris-  
 tianæ quandoq̄ usui & ornamento futurū, magnam  
 spem concipiens, industriā illam penè diuinā, ne aliqua  
 mora ad solidiorē rerū scientiarumq̄ cognitionē con-  
 sequendā, necteretur, aut in cepto studiorū cursu, præ-  
 pediretur, partim priuatis facultatib. egregiè iuuit: par-  
 tum cōmuni cōsilio reliquorū consanguineorum, qui  
 Gedani morabantur, apud Illustriss. Prussiæ Ducē Al-  
 bertum seniore, subsidiū aliqd' benignè impetrauit:  
 partim deniq̄ & propriū, qd' adhuc supererat, patrimo-  
 nium promptè subministravit, ut ipsam quoq̄ Viteber-  
 gam, fama eo tempore, ob quorundā nouatorū in uul-  
 gus sparsas opiniones falsas, celeberrimā, inuisere pos-  
 set. Sola sua industria, assiduitate, & priuato præcipuè  
 studio, qd' ibi effecerit, quā exactè eas disciplinas, quas  
 alibi nondū didicerat, apprehenderit, q̄ breui temporis  
 spacio in his æquales suos antecelluerit, eruditione præ-  
 ceptorib. q̄ penè fuerit par, si eos nō superauerit: quan-  
 ta cū laude generosis quibusdā comitibus præfuerit, eo-  
 rum studia per unicā industriā prosperè feliciterq̄ dire-  
 xerit: quā etiā eleganter, ornate, exquisitè, copiosè &  
 dilucidè fragmēta Diodori Siculi, uniuersi orbis histo-  
 riæ Græca, in Latinam linguam conuerterit, *ἡγεμονία καὶ  
 κείτωρ ἐκαστοῦ βίου ἐννεαβόλων* cōmutarit: quā deniq̄ in omni  
 disciplinarum genere, longo illo tempore quo Vite-  
 bergæ degit, se strenuum solertemq̄ dederit, ex alio-  
 rum disertissimis orationibus, qui ante me hac de re  
differuerunt,

differuerunt, cognoscere licuit. Linquo hic comine  
 morare, denuò in Prussia ad suos consanguineos  
 reuersus, & Regiomonti professoris munus lubiens,  
 quanta fuerit usus industria & dexteritate, in propul-  
 sanda dementia Guilelmi Gnaphæi, hominis quidem  
 docti, acuti & uersuti, sed partim Anabaptistarum, par-  
 tim Sacramentariorum nefando abominandocq; er-  
 rore fascinati. Qui etiam postea, quàm his suis ab orco  
 reuocatis, atq; dudum ab ecclesia, per concilia cõdem-  
 natis exterminatisq; dogmatibus impijs, nihil amplius  
 apud Illustriss. Prussiae Ducem Albertum seniore  
 Marchionẽ Brandeburgensem Regiomonti, & Ge-  
 dani quoq; tanta in multitudine mercatorum, rerum  
 nouarum alioquin appetentissima, parum se proficere  
 uideret, Embdam opportunum Oceani Germanici  
 accommodumq; portum, in Frisiam Orientalem, asy-  
 lum, sinistrè de religione nostra sacrosancta, sentien-  
 tium, unde forte erat oriundus, concessit: & relicto  
 studio propagandi hæreticas opiniones, cum infelici-  
 ter in Prussia successisset, ex Theologastro fit Iurecõ-  
 sultus, atq; aduocatum causarum ciuiliu pœnitudine  
 ductus, rem minoris periculi, maioris uerò emolumen-  
 ti agere cepit. Desino recensere, quàm deinde Prus-  
 siam relinquens, inuictissimo Imperatori Ferdinan-  
 do, tum Illustriss. Principi nostro Alberto, utriusq;  
 Bauariæ Ducis, Domino & meccenati meo longè cle-  
 mentissimo, operã suam qualemcunq; in arduo reli-  
 gionis negotio strenuè nauans, industrius fuerit, quã  
 solers, quàm diligens, alijs hoc copiosè prosequentib.

## ORATIO

& ad zelum Catholicæ nostræ ac orthodoxæ religionis, quem per decem annos & amplius, omnium nostrorum approbatione, indefesso studio habuit, orationem uerto.

Zelosi quidem Iudæi & æmulatores legis, sub cuius durissima seruitute uolente Deo, ne ad idolorum cultum animū mentēq; transferrent, erant nati, educati, informati, edocti: magnam laudem meruerunt apud D. Paulum in Epi. ad Rom. quamuis hanc æmulationem Dei non habuerunt secundum scientiam, neq; legitimo tramite secundum rectum uerbi Dei intellectum incederent: imò ipse Paulus de falso zelo in Actis per Lucam commendatur, quod legi tantopere esset addictus, quā sub Gamaliele Præceptore didicerat & persequeretur Christianos: donec speciali beneficio Dei ex persecutore fieret susceptor, ex malo bonus, ex Iudæo Christianus, ex abominatore & exterminatore ueritatis Euangelicæ propugnator, ædificator, defensor, Martyr, ex abnegatore deniq; Christianæ pietatis tantus cōfessor, propagator, & amplificator, quēadmodū in 1. Epist. ad Timotheū de seipso fatetur, inquit, Gratias ago ei qui me cōfortauit in Christo Iesu Domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autē gratia Dñi nostri cū fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. Deinde. Sed ideo misericordiam cōsecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus

Ius

Iesus omnem patientiam, ad informationē eorū,  
 qui credituri sunt illi in uitam æternam. Si multo ante  
 Moyses mitissimus amicūsq; Dei, cum quo Dominus  
 ore ad os loquebatur, in aula regis Pharaonis splēdidē  
 educatus, adoptatus ob uenustatem, pulchritudinem  
 corporis, morūmq; honestatem ab ipsa filia Pharaonis  
 in filium legitimum: imbutus præclaris mathematicam  
 Aegyptiorum disciplinis, instructus alijs multis, quæ  
 puerum regium decent, mundani ciuilesq; homines  
 magnificere solent: ea omnia, quando à Deo ad liber  
 rationem sui populi uocabatur, & dux filijs Israël diuino  
 numine in deserto denunciabatur, facile contem  
 pserit. Si Ambrosius sanctissimus uir recusans Episco  
 patum, quod esset consul constitutus per Aemiliam Paulin. in  
uit. Ambros.  
 & Liguriam, sanguinem inter preliandum, pro tribu  
 tali, ut sit, nocentes capitis condemnans, sæpe effu  
 disse: & ne ad tale munus per clerum ac populum  
 uocaretur, publicas mulieres in domum suam intro  
 duceret, uel specie grauissimi peccati populum à pro  
 posito abducturus: fuga demum, cum aliud præ  
 sentius remedium superesse non uidebat, ne eue  
 heretur ad dignitatem Episcopalem nondum bap  
 tizatus, sed tantum catechumenus existens, sibi  
 consulere uoluit: minus tamen nihilo apud zelans  
 tem Catholicam religionem populum effecit, quin  
 ad sedem Episcopalem præter omnem suam expe  
 ctationem, omne meritum, præterq; suam uo  
 luntatem nutu raperetur diuino. Augustinus eius Possidonius  
 discipulus & sectator, ut testatur Possidonius, in uit. Aug.  
 Carthagini,



## ORATIO

Carthagini, Romæ & Mediolani docens Grammaticam & Rhetoricam, Manichæi placita cum legi naturæ tum scriptæ contraria, ad tricesimum annum usq; ætatis, licet Catholicos & Christianos Patricium & Mosnicam haberet parentes, zelo magno defendit: & applicans animum ueritati Euangelicæ, docēte Ambrosio, antequā baptismatis gratia illustraretur, adhuc cæteris erat suspensior, ne uel quicq; pro, aut contra hæresin Manichæorum diceretur affirmareturue. Si de in uitam antiquorum Theologorum Gregorij Nazianzeni & discipuli sui Hieronymi, Basilij Magni & sexcentorum aliorum contemplamur, qui in prima adolescentia, aliqui etiā maturioris ætatis, antequam sunt baptizati & nomen Christo dederunt, secularia sunt secuti desideria, seculares, momentaneas, caducas, labilesq; philosophorum, oratorum, poetarum, disciplinas & præceptiones magno studio apprehenderunt, in ipsis florem ætatis consumpserunt, exercuerunt, aliosq; eas ipsas docuerunt. Acutissimus quoq; & æquissimus Iurisconsultorum Papinianus cum grauius tum prudenter respondet, prætorē nonnunquam uariante non repellere, & consilium mutantem non aspernari. Eloquentiæ item parens & facile Princeps M. Tullius nunq; esse laudatam, in præstantibus gubernaculo Reip. admotis uiris, perpetuam in una sententia permansionem affirmat. Et quid ethnicorum grauissimas hac in parte sententias proferimus, cum uariata in concilijs Oecumenicis, plenarijs, generalibus, prouincialibus & particularibus, patrū sanctissimorū, &

& maiorum nostrorum sæpe cognoscimus iudicia: ut habita ratione temporis, loci, influentiæ aëris, gentis, morum, consuetudinis aut bonæ aut deprauatæ, diuersos, discrepantesq; nobis condiderūt proposueruntq; Canones, fidei immobilis, immutabilis, & æternæ regula semper salua atq; incolumi. Zelo igitur & emulationi Deum testor, quam habuit Staphylus conterraneus noster amantissimus, fidelissimus preceptor, amicus antiquissimus, iure etiam optimo danda est uenia, Catholicis parentibus, in loco ad hunc usq; diē, Reuerendiss. doctissimoq; episcopo, Ioanne generoso & illustri comite de Hoya, natione Sueco, præsidente, Catholico, prognatus: educatus inter Lithuanos & Polonos tū temporis, & adhuc magna ex parte sincerè Catholicos: conuersatus in ea gentis Rutenicæ parte, quæ est in cōmunionem Sedis Apostolicæ Romanæ, ritusq; Romanos per omnia sequitur: iure in quâ optimo huic danda est uenia, si Vitebergâ, fama & celebritate gymnasiij illectus, ueniens, nouatorum dogmata, nouis quoq; ad tempus sibi applaudentibus arridentibusq; auidè arripuit, amplex<sup>9</sup> secutusq; est in quibusdam: decennio & amplius Philippo Melanthoni nouorum & falsorum dogmatum strenuo propugnatori adherens, eiusq; familiarem, amicum & commensalē agens quotidianum: dein uerò in Prussia biennio aut circiter Resiomonti, eius generis zizania imprudēter est professus. In qua tñ Academia eum uiri zelum coram inspeximus, ut Anabaptistarū, Sacramentariorū, Schwermerriorum sectas, etiā publico imperij decreto cōdemnatas

H exterminio

## ORATIO

exterminataſq; tum abominandum Oſiandri dogma de exinanitione meriti paſſionis Chriſti, & noſtra eſſentiali Dei iuſtificatione conſtituenda, quàm maximè deteſtaretur atq; execraret. Et quemadmodū olim minis potentiorum, ſpe emergendi, prece precio, aut ipſis naturæ uiribus deficientibus, dolis deniq; & machinationibus hereticorū, doctiſſimi quiq; circumuenti ſunt, ut illorum erroribus ſubſcriberent, profiterentur, magna animi contentione eos defenderent : qui gratia ſpiritus ſancti adiuti, deinde ubi ad ſanam mentem reuertebantur, ueniam indulgentiãq; meruerunt : ſic optimo iure Staphylus noſter omni uenia dignus eſt. Oſius episcopus Cordubensis uir ſanctiſſimus, magnus Chriſtianæ religionis zelator, & inter patres Nicenæ ſynodi haud poſtremus, omni ferè ætate <sup>τὸ δὲ μόνον</sup> conſtantiſſimo exiſtente aſſertore : cūm deſicerent uires æuumq; fatiſceret, maior centenariò, ut refert Sulpitius Seuerus, delirare incipit, ac utramq; partem recte ſentire, ſiue ſecundum Nicenam ſynodum <sup>δὲ μόνον</sup> ſiue ſecundū Syrmienſem, Ariminenſem & Seleuciam <sup>δὲ μόνον</sup> Ifauriæ adiecto I, litera Græca, defendant, magno Catholicæ eccleſiæ detrimento, multorūmq; graui ſcandalo aſſeuerat. Italiæ, Galliæ & Britanniæ episcopi minis perterriti, metu ac timore percuſſi ſubſcribunt Ariminenſi ſynodo : Fægadius & Seruatio Tungrorum episcopus precibus Tauri præfecti, cūm cœteris eſſent conſtantioreſ, adducuntur, ut pacem faciãt cum Arrianis. Veruntamen hos omnes unus Hilarius in Gallias ex Oriente reuerſus, frequentibus  
intra

Sulpit. Seu.  
 li. 2. hiſt. ſac.  
 in præf. cōc.  
 Sardic. Soc.  
 lib. 2. ec. hi.  
 c. 34

Intra ipsas Gallias celebratis concilijs, atq; omnibus se-  
 re, epistolis de errore profitentibus, ad emendationem  
 ac poenitentiam reuocat, ut apud Ariminum gesta con-  
 demnarent, & in statum pristinum ecclesiarum fidem  
 reformarent. Sic omnes ueniam petunt in synodo  
 Chalcedonensi, qui gloriosae memoriae Flavianum  
 Constantinopolitanum, & Eusebium Dorylei episco-  
 pum, cum peruerso Dioscoro suisq; assediis Ephesi,  
 contra ius & fas damnauerant atq; deposuerant: alta  
 uoce clamantes, Omnes peccauimus, omnibus indul-  
 geatur. omnes peccauimus, omnium miseremini. Ab-  
 soluuntur item Theodoretus episcopus Cyri, quem &  
 antea sanctissimus Leo Pontifex Romanus in com-  
 munionem receperat: Ibas episcopus Edeffenus, ana-  
 thematizantes Nestorium & Eutychem, qui Cyrillo  
 Alexandrino resisterant acerrime, & Ioannem Antio-  
 chenum ante factam unionem, tempore Ephesini con-  
 cilij, strenue defenderant: licet de horum scriptis poste-  
 riores aliud senserint, quod hic plenius discutere non est  
 animus. Concilium Toletanum eos, qui Arrianæ hæ-  
 resi renuntiabant, ad id usq; tempus in Hispanijs, Go-  
 thicam per gentem uigente, & ad Catholicam ecclesiam  
 conuertebantur, per benignè recepit, pristinisq; digni-  
 tatibus restituit. Anastasium quoq; presbyterum & Le-  
 ontium diaconum ecclesiae Constantinopolitanae, Cyri,  
 Sergij, Honorij, Pyrrhi, Pauli, Petri, necnon & Macarij  
 Romani, Alexandrini, Antiocheni & Constantinopoli-  
 tani patriarchis, ac Stephani discipuli Macarij, de una tm-  
 naturali uoluntate Christi errore pestifero, & in 6. synodo

Cōc. Chalced.  
ac. 1. & 2.

Cōc. Chalced.  
act. 8. 9. 10.  
Liberat9 de  
causa Nes-  
tor. c. 17.

Cōc. Tolet.  
3. in prin.

In uita Leo-  
nis 2. 2. tom.  
conc. quæ  
præfixa est  
6. syn.

## ORATIO

Constantinopoli in Trullo condemnato, imbutos:  
 dum Romę in exilio degunt, per propria scripta & uiua  
 uoce anathema dicentes Macario Antiocheno patris  
 archę suisq; affeclis, atq; sextam synodum, de duabus  
 uoluntatibus Christi mente & animo amplectentes:  
 eos Leo 2. Rom. Pont. magno gaudio in communio-  
 nem accipit, ueniámq; promptę indulget. Et pessima  
 τῶν ἑκονοκλασῶν heresi multos per annos grassante, mul-  
 tisq; episcopis eam in pseudo Nicena synodo propus-  
 gnantibus atq; defendentibus: ex his Basilius religio-  
 sissimus Ancyre episcopus, Theodorus episcopus Mys-  
 rón, Theodosius episcopus Amorię, Hypatius Niceę,  
 Leo Rhodi, Gregorius Pissidię, et alter Gregorius Piss-  
 sinuntón, Leo alter Iconię, Nicolaus Hierapoleos, item  
 Leo alter Carpathi, apud septimã synodum uerã, coram  
 Tharasio patriarcha, legatis Adriani Pontif. Rom. in-  
 genti episcoporũ ac religiosorum monachorũ nume-  
 ro, suam culpã agnoscunt: & sanctos ipsos, quos antea  
 blasphemauerant & eorum imagines cõfreguerant, hac  
 lachrymabili uoce obtestantẽ deprecanturq; exclaman-  
 tes. Peccauimus in cœlum & corã uobis, suscipite nos  
 ut Deus recepit prodigũ, meretricem & latronẽ. Quas-  
 ritote nos, quemadmodum ouem perditam quæsiuit  
 Christus, humerisq; suis sustulit. Cõtingat nobis gratia  
 in oculis Dei ac sanctorum eius angelorũ, ut per poeni-  
 tentiam salutẽ consequamur, dũ uos dñi sancti pro nos-  
 bis interceditis, dicente Chrysostomo. Sanctorũ gratia  
 morte non amputat, interitu nõ obtunditur, sed et post  
 mortẽ uiuentibus sunt potentiores. Cõparemus demũ  
 Staphyli

7. yn. ac. 1.  
2. 6

Lu. 15. 7. 27.

Mat. 18.

Luc. 15.

Staphyli nostri, si ita est, ardorem minus discretum ac  
 zelum incompositum, quod fuit Vitebergæ, quod  
 arripuit nouatorum dogmata, quod ea ex parte fuerit  
 Regiomonti professus: uel cum Gregorio Dei aman-  
 tissimo Neocesareæ Episcopo. Hic quamuis falsæ ses- 7. syn. ac 6.  
 primæ Nicenæ synodo præsidens, scripto agens ad-  
 uersus Ioannem Cancellarium, propugnatorem Cas-  
 tholicæ ueritatis, disputando etiam Catholicorum sen-  
 tentiam publico in confesso Patrum acerrimè impug-  
 nans: supplex tamē fit ueræ septimæ synodo, ueniamq̃  
 postulat grauisimorum suorum, antea in Catholicam  
 religionem perpetratorum delictorum, & inquit. Cupio  
 cum omnibus his illuminari & doceri. Siquidem erra-  
 ta mea & delicta infinita esse agnosco, et pro pœniten-  
 tia apud sanctam synodum beatumq̃ Dominum solici-  
 cito. Ob quam sanè de falso zelo ex animo resipiscen-  
 tiam, non tantum à Tharasio Patriarcha totaq̃ syno-  
 do ueniam meretur, sed & pristinam dignitatem con-  
 tra seueriorem regulam retinuit, suã sedem Neocæsar-  
 reensem Patrū indulgentia bona pace recepit, & Cas-  
 tholicæ Ecclesiæ dogma de uenerandis imaginib. atq̃  
 inuocatione sanctorū, bono Christianoq̃ zelo gna-  
 uiter tutatus est. Nonne & bonæ memoriæ Staphylus  
 relicta Prussia, nouis dogmatibus, quæ Vitebergæ  
 per imprudentiam aut ignorantiam, ut Paulus, Augu-  
 stinus ac reliqui ignoranter in incredulitate perseque-  
 bantur Ecclesiam Dei, casu magis forte, quam studio  
 imbiberat, ex animo ualedicens, & ad Catholicam Ec-  
 clesiam Romanam fontem pietatis matremq̃ indul-  
 gentissimam,

## ORATIO

gentilissimam, uentiam pro commissa culpa, supplex petiturus, nō sine speciali Dei auxilio, sponte & promptē rediens: magno quoq; zelo pro Ecclesia Dei laborauit: Quis apud nouatores statim maius sibi odiū conciliauit quā Staphylus: Staphylus an in omnium ore non uersabatur: Nonne de Staphylo in tabernis, popinis, & nescio ubi nō locorū inter nouatores rythmi, pasquini, libelli famosi passim decantabantur: Nunquid de Staphylo resonabant parietes templorum, palatia principum, cubicula magistratuum, aræ nobilitū, officinæ artificum, casæ rusticorum: Staphylum quis non detestabatur, execrabat, inferni perpetuis cruciatibus deuouebat: Quis non in simulabat falsi Staphylū: Staphylū quis nō arguebat impietatis: Quis eū de deserta Evangelica ueritate, ut misera & cæca plebecula a cæcis ductoribus falsō est persuasa, nō accusabat: Non intentabat crimen læsæ maiestatis: quod præceptorum, hominem quanquam priuatum, sibi metipsi non satis constantem, & aliquando plus iusto leuiorem, in castris schismaticorum, partim symmystarū uiribus disruptis, partim gladio spiritus, quod est uerbum Dei, per Catholicam ueritatem in concilio Tridentino effractis, nudum & inermem deseruisset, quasi magnum quendā & præpotentem Imperatorē, cui sacramento fuisset obligatus, fidemq; astrinxisset perpetuū. Non aliter atq; quondā fecit Nouatus, ceteriq; id genus noui nouorū dogmatū apostoli, uti narrant Ecclesiastice historiae, qui Catholicos deficientes iuramento alligabant, ne unquā ad relictā ueritatē redirent. A Staphylo deniq;

Euseb. li. 6.  
ec. hist. c. 47.

denique quid aliud sonant libri nouatorū, quā quod fuerit alter Iudas, prodiderit, ut bona pace dicā, hominē, in suis scriptis, Metra Theſſalonica puella, filia Eriſichthonis, ut in prouerbio eſt, mutabiliorem: Staphylo cuncti maledicunt, ita ut illud Pſalmiſtæ in perſona Chriſti loquentis, rectè de ſe dicere poſſet. Propter te Pſal. 68. ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam. Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ, quoniā zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium ceciderunt ſuper me. Quam ſcripturā & Ioannes in ſuo Euangelio, & Paulus Ioan. 2. Rom. 15. Pſal. 115. in Epistoſta ad Roman. repetierunt. Illud quoque alterius Pſalmi. Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitum sunt uerba tua inimici mei. Quam primum Staphylus aduersus nouatores calamum ſtringit: ecce adſunt 2. Cor. 6. perſecutiones, tribulationes, anguſtiæ, plagæ, minæ, labores, dolores, bona fama & infamia, gloria et ignobilitas, uita & mors: ſed zelo iuſtitie & ueritatis accenſus cōſolationē accipit ex alto, & cū magno illo Dei zelatore Elia in hæc uerba merito prorumpit. Zelo zelatus 3. Reg. 19. ſum pro Dño Deo exercituū, quia dereliquerūt pactū Dñi filij Iſraël: altaria tua deſtuxerūt, & Prophetas tuos occiderūt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & querūt animā meā ut auferant eā. Cū Dauide ponit auxiliū ſuū Pſal. 117. in Dño, quando inquit. Dominus mihi adiutor, nō timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi adiutor eſt, & ego deſpiciam inimicos meos. Bonum eſt conſidere in Domino, quā ſperare in homine. Bonū eſt ſperare in Domino, quā ſperare in principibus. Cum Hieremia Hier. 17. plenam



## ORATIO

plenam roboris, consolationis, & uirtutis supernæ au-  
 dit uocem. Ego dedi quippe te hodie in ciuitatem mus-  
 nitam, & in columnam ferream, & in murum æreum  
 super terram, regibus Iuda, principibus eius, & sacer-  
 dotibus, & omni populo terræ. His Dei promissionis  
 bus eximij fretus, magna fiducia cum nouatoribus co-  
 minus manus conferit, eorū arma fragilia, imbecillia,  
 leuia, quæ ex sacris scripturis ueteris & noui testamen-  
 ti perperam depromunt, firmitate, soliditate, & uirtute  
 Catholicæ ueritatis facile cōficit: ipsos athletas & pro-  
 pugnatōres nouarum opinionum, sine magno nego-  
 cio sternit, necat, obtruncat, qui antea, quàm cum ipso,  
 alioue Catholico strenuo milite pugnam ineunt, uel à  
 suis symmystis & sectis dissectis prostrati iacent: uix  
 anhelantes, spiritumq; lassum & defatigatū trahentes,  
 secundo male sani, si cum Catholicis redintegant pres-  
 liū, uel in limine statim pugna detrectant, aut deficiūt.  
 Quod igitur aperto Marte præstare nō possunt, ad in-  
 sidias conuersi, rem dolo, fraude, machinationibus  
 agunt, ne quandoq; funditus extirpentur, eradicen-  
 turq;. Sic olim Arriani diffidentes Iuæ causæ zelato-  
 rum domus Dei magnum Athanasium confectis cris-  
 minibus aggrediuntur: accusant falso, in cōcilio Tyri  
 à suis affectis & fautoribus congregato, magiæ, arguūt  
 homicidij: adulterij & uiolentiæ, quā afferebant mus-  
 lieri, hospitio sanctissimū castissimūq; Athanasium  
 suscipiente, præter ius & fas intulisse, insimulant. Ver-  
 rum ipse, quandoquidem nō est consilium contra Do-  
 minum, mulierem falsi criminis conuincit: Arsenium  
Diaconum

diaconum suum, cuius brachium Arriani, quasi ad ex-  
 ercendam magiam id incidisset Athanasius, circunge-  
 stabant, deferebant in præsentiam Patrum: hunc ipse  
 introducit uiuum, brachium utrunq; dextrum & sinis-  
 trum etiamnũ habere Patribus commonstrante. Plus  
 rima alia conficta crimina cum in concilio, tum Con-  
 stantinopoli in præsentia Constantini Imperatoris di-  
 luit, & ita diluit ut magna confusione fuissent prostrati  
 & profligati aduersarij heretici: nisi noua, quæ non mi-  
 nus erant falsa, quàm præcedentia subiecissent, effecis-  
 sentq; nouis istis calumnijs, ut apud Treuiros in exili-  
 um ad tempus proscriberetur. Ille uerò hanc summam  
 iniuriam æquo animo ferens, hoc exiliũ constanti ani-  
 mo pertulit, zelóq; illo ingenti non tantum aduersari-  
 os uicit, sed etiam in suam sedem restitutus, de ijs glo-  
 riose triumphauit. An non & zelator noster Staphylus  
 similes, aut etiam maiores perpessus est calumnias, si-  
 milia odia sustinuit: crimina & flagitia nõ minora falso  
 ei intentata sunt, quæ singula persequi in præsentia ora-  
 tione, temporis ratio minimè patitur: ueruntamen ze-  
 lo illo magno, quem habuit ad ultimum uitæ usq; spi-  
 ritum erga Catholicam religionem, hæc ficta crimina  
 partim repressit scripto, partim horum autores falsitas  
 & de calumnia conuicit, partim, quod & ipse Atha-  
 nasius sæpenumero faciens dissimulauit, ne maiores  
 daret turbas, maximè quando prudentissimo suo con-  
 silio, si exactius rem fuisset prosecutus, quàm longissi-  
 mè prospexit, diligentio rem discussionem plus detri-  
 menti, quàm emolumentum Rempubicã Christianam,

## ORATIO

& perturbatum præcipuè ecclesiæ statum secuturum.  
 Reliquas animi dotes, quibus summis & maximis  
 fuit præditus: reliqua ornamenta præclara, quæ in eo  
 præ cæteris eluxerunt: uirtutes quas habuit eximias &  
 insignes, temporis habitatione, studiose hic præter-  
 mittimus, cum quod eas Magnificus huius almæ scho-  
 læ Rector, longè latèq; diserta oratione profecutus est:  
 tum quod Reuerendus uir Martinus Eisengrein no-  
 ster collega, ac ornatissimus Oratoriæ facultatis pro-  
 fessor M. Ioannes Albertus, eadem non minus celebri  
 oratione integrè & dilucidè comprehenderunt: mor-  
 tem deniq; ipsam ac morbi genus aliàs Germanico  
 scripto, succinctè, uerè, & breuiter nos explicantes.  
 Hunc itaq; tantis animi dotibus, tanto ingenio, indu-  
 stria, zelo pietatis eximium: tantis uirtutibus, tamq; ex-  
 cellentibus disciplinis præditum, insignitum, ornatum,  
 in Catholicæ Romane ecclesiæ unitate & communio-  
 ne spiritū exhalantem, piè, placidè Christianèq; in Do-  
 mino obdormientem: qui fidei magnitudine Abra-  
 ham, Isaac mansuetudine, lenitate Iacob, modestia, cas-  
 titate, iudicio Ioseph, sapientia, autoritate, benignitas  
 te, prudentia Moses, eloquentia facilitatèq; dicendi  
 Aaron, administratione ac gubernatione rerum Chris-  
 tianarum Iosue & Samuel, David clementia, dilectio-  
 ne, animi fortitudine, gratia apud monarchas mundi,  
 efficacia orationis, pietatis studio & abstinentia Dan-  
 el, zelo Catholicæ ueritatis Elias, Paulus, Athanasius,  
 Ambrosius, scientia disciplinarum externarum Gre-  
 gorius Nazianzenus, Basilius Magnus, linguarum  
uariarum

riarum cognitione Hieronymus, ut expoliendi ora-  
 tionem Chrysostomus, acumine denique ingenij, quo  
 Theologus maxime opus habet, Augustinus. Hunc  
 inquam Staphylumpia & sanctae memoriae, cuius hodie  
 die TRICESIMUM peragimus, eiusque animae ut  
 requiescat in sancta Dei pace, publicis his nostris precibus,  
 per sacrificium propitiationis corporis & sanguinis  
 Dominici, laudis, & orationum nostrarum bene  
 precamur, magno studio amplectimini: suscipite, tene-  
 mini, defendite à nouatorum calumnijs & maledictis,  
 quae iam uirulentis suis in scriptis odiose sparserunt, &  
 forte in posterum inuidiose magis magisque sparsuri sunt.  
 Viduam relictam presentem postremo, honestissimam  
 matronam & ipsum pietatis decus, peregrinam in pe-  
 regrina regione & ignota: filiolos tres orphanos, ras-  
 tionis iudicio per aetatem etiamnum destitutos, pere-  
 grinos quoque, ope uestra & auxilio, quo multum opus  
 habent, iuuate, succurrite, subuenite: exhibete praestate  
 ea humanitatis officia, quae cuperetis si inter peregrinos  
 nos atque ignotos uobis commorandum esset, & simile  
 quid humanitus contingeret, ut uobis exhiberentur  
 praestarentur. Sic enim mandato legis naturae, & Christi  
 saluatoris nostri officiose obtemperabitis: merces  
 dem item incomparabilem, coronamque gloriae immar-  
 cessibilem in aeterno illo & caelesti regno repositam  
 habebitis, quam reddet uobis, una cum D. Paulo  
 gentium doctore, Dominus in illa die ius-  
 tus iudex, qui est benedictus in secula  
 seculorum Amen.

1. Petr. 1. 5.

2. Tim. 4.

DIXI.

I 2

ORATIO

Oratio funebris Georgij Theandri

# ORATIO FVNE-

## BRIS IN EXEQVIIS MAGNI-

fici, & præstantissimi uiri, D. Friderici Staphyli, quondam Cæsareæ Maiestatis, & Bavaricæ aulae senatoris maximi, ac supremi scholæ Ingolstadiensis gubernatoris, à Georgio Theandro SS. Theologiæ doctore, & Professore ordinario, scholæ Procancelario, ac pro tempore Rectore, nomine totius Academiae habita.



**Q**VOD EGREGIIS STATUARIJS usu uenire solet, Reuerendi, & amplissimi patres, uiri, adolescentescq; generis claritate, doctrina, & omni uirtutum genere ornatissimi, quod (inquam) egregijs statuarijs usu uenire solet, ut in lapide nobiliore, ceu pario, aut porphyretico aptius, clariusq; artificij sui monumentum edant. Nobilitas enim materiae operi ipsi dignitatem quandam addere solet: idem mihi hodierno die omninò contrà accidisse intelligo. Obijt mortem magnificus, nobilis, & incomparabilis eruditionis uir, Fridericus Staphylus, in quo tot simul concurrūt uirtutum ornamenta, ut si ea, non dico, attollere, aut uerbis amplificare, sed summatim oratione perstringere uelim, omnis ea uis, atq; facultas dicendi, quæ uel in ipso Cicerone, eloquentiæ Principe

cipe fuit, parùm sufficere mihi posse uideatur. Itaq; quæ res alijs oratoribus solet adferre cōmoditatem quandã, nimirũ ut facultatē, copiamq; dicendi materiã subministraret, ea profectò impedimento est mihi: dubitanti scilicet, unde initium sumere, aut quem cursum tenere in tanta rerũ multitudinẽ, uarietatēq; debeam. Nec uerò idcirco absterritus sum, quin studijs, uotisque maiorum hanc mihi dicendi prouinciam imponentium, obtemperarem, qui omninò hoc officij nostri esse duxerunt, ut Rector Rectoris, Theologus Theologi, tametsi minimus maximi fata deplorarem, doloremq; & mærorem ex amissione tanti uiri animis nostris conceptum palàm etiã testaremur: pietatis uerò, ut incredibiles, ac planè diuinas eiusdem uiri uirtutes publicè quòq; funebri laudatione prosequeremur. Gratitudinis quin etiã nostræ esse iudicarunt, ut quem scires mus copiosissimè, amplissimèq; de uniuersa Republica nostra, atq; adeò de fide, & religione Christiana pro meritum, eiusdem merita honorificè cōmemorando, uicem utcunq; redderemus. Quòd si uerò hic aut laudes tanti uiri pro sua dignitate, amplitudinèq; uerbis meis non adæquauero, aut desiderijs, uotisque uestris, patres, qui supremum hoc pietatis officium Staphylo uestro à me præstari uoluistis, uel etiã spei, expectationiq; uestre nõ plenè satisfecero: meminertis (queso) nos iam in ætate prouectiore esse cōstitutos, quàm ut denudò in hãc palestram funebriũ orationum texendarum descendere, atq; in hoc præclaro, eximioq; uiro rursum nos, hic quid fortè possemus, periculum facere

Oratio funebris Georgij Theandri

debeamus. Verumenimvero cum aliquid omnino mihi dicendum sit, quod uestræ, meæque pietati, & gratitudini aliquo modo satisfaciam, uos nequaquam diutius in hac expectatione detinebo. Priusquam tamen ad rem ipsam ueniam, uos omnes, & singulos rogatos habeo, ut me de præstantissimo uiro uerba facientem æquis, attentisque animis accipiatis. Nec ego hic in cõmunem partem inuidiæ rapiar, qua scimus illũ, dum adhuc spirabat, plus nimio fuisse grauatum. Ego porro sic totam feriem præsentis orationis attemperabo, ut ueræ laudi omnia, falsæ uerò, aut simulatæ nihil penitus tributũ uideatur. Cedat igitur inuidia ueritati, si nondũ, quod alias tamen solet, celsit morti. Quanto uos dolore, patres amplissimi, ob clarissimi uiri Staphyli præclarè de hac schola uestra meriti obitum sitis adfecti, equidem ex me ipso facillè conijcere possum, qui sanè pro ea pietate, qua uiros omnes & bonos, & doctos nõ mediocri prosequor, tam grauius, molestèque fero præclari huius uiri mortem, ut uix etiã lachrymas continere queam. Neque enim secus aut de uobis æstimare, aut me facere de tam eximio, tamque de uestra Republica benè merito homine fas est. Nam si nemo est, quæ sua damna nõ maximopere adficient, consentaneũ quodque fuerit unumquemlibet uestrum præstantissimi huius uiri desiderium tacitè ingemiscere. Sed quid dico tacitè, cum uestræ lachrymæ, uultus tristes, atque deiecti non uum quendam, communemque dolorem haud obscure testentur. Ille enim non unum cuiquam, aut alteri mortuus, ereptusque est, sed unicuique singillatim, quo amissos, nulla

lo, nullus profectò est, (quod credo) qui præcipuo  
 aliquo membro se mutilatum dicere non queat.  
 Nam si ciuitas, aut Respublica unum corpus est (id  
 quod magno consensu tum qui de republica scripsere,  
 adfirmant, tum ipsa docet experientia) certè singulos  
 inter se ciues, alterum alterius membrum esse, ne-  
 cesse est. Quod cum ità sit, toties amittit quis aut pes  
 dem, aut manum, aut oculum, quoties uirum præclarè  
 de se meritum amittit, eodèq; grauius accipit damnũ,  
 quò nobilius, quòq; utilius fuerat membrum amissum.  
 Vos proinde, qui tanti uiri iacturam fecistis, an non  
 egregio, simulq; frugi membro estis orbatì? Hoc nulus  
 profectò est, qui nesciat, quiq; rei ipsa periculum nõ  
 fecerit grauisimum. Nam si de patriæ nobilitate, ge-  
 nerisq; claritudine ornatus non nihil, ac laudis homi-  
 nibus accedere uidetur, quis nostro Staphylo nobis  
 lior? quis clarior? quis eo cõspiciuus magis? Patriam  
 illius Osnaburgũ antiquæ Saxonix, quæ nunc West-  
 phalia est, urbem nobilissimam, multòq; celeberris-  
 mam quis nescit? Staphylorum uerò familiam (cuius  
 ille non exigua pars fuit) longè, latèq; celebrem esse,  
 omnes, qui inde ad nos proficiscuntur, norunt, prædis-  
 dicantq;. Sed nos, cum ista à sapientibus non ità ma-  
 gni fiant, utpote caduca, fortunæq; telis nimis exposi-  
 ta, delibata tantum relinquemus, atq; ad animi bos-  
 na, quæ firma, & æterna sunt, totam hanc laudem  
 deriuabimus. Illud uerò primum neminem uestrum  
 nescire arbitror, quod quidem inter melioris notæ  
 Philosophos constat. Quicquid utile honestumq; est,  
 ad



Oratio funebris Georgij Theandri

ad animi bona referri. Porro, ut peripatetici quodq; tradunt, ex illo bonorū omnium fonte perhenni, nempe Deo, tres tanquā riui bonorum ad nos manant. Animi, quæcunq; consilio, & cogitatione cōplectimur, ut prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Corporis, quæ natura corpori tribuit, quod genus robur, dignitas, ualetudo. Fortunæ, quæ externa dicuntur, cuiusmodi sunt genus, diuitiæ, imperia. Hæ uerò species boni sic inter se differunt, ut quæ fortunæ dicuntur, bona quidem sint, sed corporis meliora, animi uerò optima, atq; præstantissima, utpote quæ animi naturā sequantur immortalis, incorruptibilis, æterni, & ob id sola uirtutis nomen retineant. Hæc igitur cum ita se habeant, cōsequitur unum quemq; eò nobiliorem, utilioremq; esse, quò magis boni alicuius particeps fuerit. Sed enim cū bonorū alia alijs præstent, sicuti diximus, fit quodq; ut qui uirtutis nomen indeptus est, is tū nobilissimus, tū utilissimus sit, & habeatur, id quòd & Satyrico Poëta testante didicimus.

*Tota licet ueteres exornent undiq; cære*

*Atria, nobilitas sola est, atq; unica uirtus.*

Virtus ergo est, quæ claros, utiles, & uerè magnos facit. Atqui uirtus quid aliud esse potest, quàm fuga uitorū: et fuga uitorū, quā dñe parere rationi, prauosq; animi motus tràquilla moderatiōe lenire. At hoc quotus quisq; est, qui citra literas, citraq; disciplinas adsequatur? Cum natura quidem ad bona capeffenda habiles, ut patulū uas, simus, siquidē infundas, si non in fundas,

aut

aut perpetuò uacui, aut serò boni. Quod cum Staphyli nostri parentes diligentius animaduerneret, uiderentque in eius uultu, atque oculis quandam uirtutis indolem emicare, statim pectusculum illud tum literis, tum disciplinis optimis institui curarunt. Is porro cum primum ex Ephebis excessisset, duce fortuna, comite uirtute ad cassendum ingenij cultum præclaras aliquot Germaniæ, Italiæque Academijs adiit, & perlustrare cepit, ubi nullis laboribus, nullisque uigilijs parcens, breui tantum effecit, ut liberalibus artibus, & sanctis Philosophiæ præceptis egregie imbutus plurimos etiam coetaneos suos in numeris parasangis præcurreret, atque ita præcurreret, ut nullum sit disciplinæ genus, in quo non sit ipse egregie, & summa cum laude uersatus: trium linguarum peritus, Dialecticus acutus, magnus orator, insignis philosophus, excellens mathematicus, medicinam non est aspernatus, quicquid Galenus docet, & cæteri medicorum principes uiri, hoc Staphylus noster cognitum, perspectumque habuit. Iuris uero, et sanctissimarum legum studium ita coluit, ita ueneratus est, ut si per grauissimas occupationes licuisset, non mediocre quoque laudem in ea facultate fuisset assecutus. Et breuiter, quicquid uniuersus scientiarum orbis, quem Greci uocant εγκυκλοπαιδείαν, continet, ita mente complexus est sua, ita humanitatis studia excoluit, ita in omnibus disciplinis uersatus est, ita artes liberales perdidicit omnes, ut in singulis excellere uideretur. O magnam, & diuinum plane uiri ingenium, o rarum eruditionis exemplum, quod nec nostris, nec omnibus retroactis seculis uidere contigit. His tam lætis auspicijs cum se-

Oratio funebris Georgij Theandri

liciora quotidie incrementa succederent, & Staphylus  
noster sat sibi in omni disciplinarum genere proficisse uia  
deretur, iam certum aliquod genus uitae, & professionis sibi  
deligendum statuens, reliquum tempus omne ad studia uere  
illius sapientiae, quam *θεολογία* uocamus, contulit, quam post  
inde uestigijs omnibus persequendam ratus, totumque sese  
sanctissimo huic studio tradens, breui tempore in eo profecit,  
tantoque fecit progressus, ut merito in Theologorum or  
dinem sit cooptatus, et maximi Theologi nomen, dignitas  
tempus iure quodam suo sibi potuerit uendicare. Quicquid  
ad reconditam sacrarum rerum cognitionem attinet, diligenti  
tissime, & indefesso studio inuestigauit. Ita sanctos Ece  
clesiae patres legit, & euoluit, ita nocturna, diurnaque ma  
nu eos uersauit, ut nihil illi aut scripserint, aut literis pos  
steritati commendarint, quod non Staphylus noster cura,  
diligentia, uigilantia, industria, et maximis laboribus per  
lustrarit, inuestigarit, fidelique memoriae suae commendarit:  
ac deo etiam, ut cum magis, magisque diuinis literis animum suum  
applicasset, tantumque in his cognoscendis operis, tempore stu  
dij, & diligentiae posuisset, quantum praesentis temporis sta  
tus admodum calamitosus regere uideretur, animum tan  
dem suum, conatusque omnes, & labores eo maxime dirigere,  
& conferre uisus est, ne inutilis Ecclesiae minister inueni  
retur. Itaque cum uideret Ecclesiam, sponsam illam Christi unice  
de dilectam miserabilem in modum afflictam, & extremis peris  
culis laborantem, id unicuique cordi habebat ipse, & curabat  
imprimis, ut eam ab impijs haereticorum insidijs, insultibus, ac  
machinationibus defenderet, eriperet, liberaret, atque se  
ueluti murum quendam athenum pro domo Dei, quae est Ece  
clesia, opponeret. In quo quidem certamine tam strenuum

Christi militē, tam fortē egit athletā, ut ipsis etiā hostib. maximo esset terrori. Nā horrēda quēdā hereticorū mōstra p̄fligauit, nō pauca impiorū agmina proprio Marte cōfecit, manu sua p̄strauit, atq; itā p̄strauit, ut haud dubiē letā Ecclesiae pacē, & serenitatē inuexisset, nisi in ipsa stationē, atq; ad eō in medio pugnādi cursu imites parez fila abruptissent. Vt porrō artes ille oēs, insidiasq; hostiū p̄bellē callebat, itā quib. armis aggrediēdi, expugnādiq; essent, haud etiā ignorabat. Nemo hoc, p̄fectō hereticis fuit infensor, nemo artes illorū, & fraudes nouit meli⁹, nemo explorauit diligētius occultas eorū insidias, nemo intestinas illorū diffensiones intellexit clarius, rexit apertius. Testant̄ hoc praeclare illius, planēq; diuināe lucubrationes, quas aduersus etatis nostrae hereticos, & babilonicę turris edificatores cōscripsit, ac typis excusas ad posteritatē transmisiit, omni dubio, p̄cul cōplures ad huc, nec minoris utilitatis trāsmisurus, si fata permisissent, nec immatura mors illū nobis, imō Ecclesie potius Catholicę ante tēpus eripuisset. Grauisimos sustinuit hereticorū insultus, ac persecutiones maxim⁹ ille Ecclesie p̄pugnator, beatis: Athanasius, at nō minores Staphyl⁹ noster, quas tñ oēs infractō animo pertulit, tñq; abfuit, ut ijs aut permoueret, aut ob eas uel latū unguē à recti, et ueritatis tramite recederet, ut gratias etiā amplissimas deo Opt. Max: ageret, qđ sibi qđq; post tot herorū & sanctissimorum uirorū certamina, post tot insignes uictorias, ac splēdidos triumphos, p̄ Ecclesia Catholica, ueraq; & sincera fide, ac religione decertare cōtigisset, Qui p̄fectō itā feliciter pugnauit, ut de eius praelijs uniuersa narret Ecclesia, et sit narratura, quādiu mūdus iste

Oratio funebris Georgij Theandri

cōstitit, permanferitq; etiã si hoſtibus uel ilia rum-  
pantur. Iam uerò in diuinis illis literis tñ ſe uoluptatis  
Staphylus, tñ oblectationis inueniſſe predicabat, ut eas  
uel omni melle dulciores iudicaret, rectè nimirũ illud  
in aĩo habens, & arbitratus, qđ ſanctiſſimus, & diuinus  
uates ad dñm dicere ſolitus erat. Quãm dulcia faucibus  
meis eloquia tua dñe, ſuper mel & fauũ ori meo. Et il-  
lud. Ideo dilexi mãdata tua ſuper aurũ & Topazion. Et  
rurſus alio in loco. Laetabor ego ſuper eloqa tua, ſicut  
qui inuenit ſpolia multa. Admoneret locus hic nõ ab-  
ſurdè (qđ arbitror) ut non nihil inueherẽ, uel deplora-  
rẽ potius tẽporis noſtri improbitatẽ, & corruptiſſimos  
hominũ mores, quos ed iãm impietatis progreſſos uide-  
mus, ut ſacro ſanctũ illud Theologiẽ ſtudium, qđ Staphy-  
lus noſter unã cũ ſanctiſſimo rege, & propheta tanto  
pere oblectabat, quodq; ceteris diſciplinis omnib. lon-  
giſſimo interuallo anteponi debebat, à plærifq; etiãm  
Chriianis rideatur, à nonnullis negligat, à paucis admo-  
dũ tractetur. Niſi fortè itã in fatiſ ſuis habeat, ut cum ſit  
diſciplinarum oĩm preſtantiſſima, & de genere mortu-  
lium preclariſſimẽ merita, eiufmodi pro meritiſ ſuis reſ-  
cipiat uices. Sed, pro dolor, quiſ nõ cõmoueretur? quiſ  
non adfligeret ex tanta rei ipſius indignitate? Quid in-  
digniũ queſo, quãm eã diſciplinã negligi, abñci, contẽ-  
ni, qua nihil maius, nihil ſanctius, nihil diuinius deniq;  
nobis à deo immortalĩ concedi potuit? Quid iniquius  
unquã à natura potuit eſſe comparatũ, quãm reginã  
ſcientiarũ, et ueluti antefignã, cuiq; numen aliqđ in-  
eſſe credendũ eſt, nõ ñs, quibus par eſt, animis amplecti,  
coli,

coli, uenerari: Quòd si nauigantes excusso magistro, ac nauis gubernatore, quid sibi periculi imminet, agnoscut, quid nobis tandem salutis esse putabitis, ea disciplina eiecta, et è scholarũ puppi ueluti deturbata, quæ benè, beatèq; uiuendi dux est, & magistra: rectæ rationis antistes: ueritatis cõtemplatrix: & quæ sola post hac certissimã præstat amatorib. suis felicitatẽ. Si porro Ecclesia Christi ab hæresiarchis infestatur, si respublica Christiana cõquassatur, perturbatur, unde, quæso, præsentius huic malo remediũ quæras, quàm è scriptura sacra: Cùm enim hominis fallax sit iudiciũ, cùmq; (ut Propheta inquit) omnis homo mēdax existat, ac iuxta prouerbiũ, Bonus quandòq; dormitet Homerus, perspicuè nimirũ consequi uidemus, nullius hominis iudiciũ, scripturamue, quantumuis docti, quantumlibet etiã sancti ad hæreses cõuincendas esse efficacẽ, sed solas litteras sacras, quæ ut certissimæ sunt, & solæ nos cogunt ad fidem rebus præstandã, ita profectò à nemine, quantumuis etiã homine malo, & hæretico reijci possunt. Hæ enim è cœlo ad nos delatæ uenerunt, hæ illum habent authorem, qui cùm uia, ueritas, & uita sit, nec falli, nec fallere potest. His itaq; armis utamur, his simus instructi contra hæreticos pugnaturi, his dimicemus oportet, si feliciter cum hostibus congregi uelimus. Cũ uerò seculo hoc nostro infelicissimo innumeræ exortæ sint hæreses, & sancta Christi Ecclesia plurimas sustineat hæreticorũ fraudes, insidias, ac persecutiones, quis iam non intelligat, nisi truncus planè sit, & stipes, hoc unicũ nobis esse reliquum, ut matri nostræ miserè

Oratio funebris Georgij Theandri

laboranti, & afflictæ suppetias laturo ad solâ Theologiam, ueluti ad sacram anchorâ cõfugiamus, inde malo huic remedia petamus, inde spicula, quæ in hostes torqueamus, & arma nostra sumamus. Sed o Deum immortalem, quid facimus in hac extrema rerum necessitate. Ita altũ dormimus, quasi nihil sit periculi, nullæ lateant insidiæ, ita reginam nostram negligimus, & ueluti è specula in imum præcipitatum iacere permittimus, & cõtemnimus, quasi præsidijs illius amplius non indigeamus. O mores, o tẽpora, Demonũ præstigias, & mundi huius tenebras Euãgelico, atq; adeo diuino preponimus splendori, prophanitatẽ sapientiæ cœlesti, sapientiæ dico huic, quæ ihs, qui se illustrat, uitã pollicetur æternam. Qui me elucidant, (ait ipsa apud Solomonem) uitam æternam possidebunt. Hæc fundamẽta illa in montibus sanctis. Hæc fons aquæ salientis in uitam æternam. Hæc lucerna illa super candelabrũ posita. Lucerna pedibus meis (ait uates) uerbum tuũ Domine, & lumen semitis meis. Hæc thesaurus ille Euangelicus in agro absconditus, hæc disciplina salutis, ad quam qui confugerint, habebunt requiem, & haurient salutẽ à Domino. Ea est liber uitæ, testamentum altissimi, agnitio ueritatis. Quid nunc, oro, præstantius? quid sanctius, utilius, dulcius, felicius tanto cœlestis sapientiæ thesauro? quid homini necessarium magis? sano amabilius? ægroto salubrius? Dominus, ac Præceptor noster IESVS Christus apud Mathæũ loquitur, id quod quisq; moralium sibi dictũ putet. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &

ego reficiam uos. Ingens nimirum sarcina est ambis-  
tio, graue iugum seruire libidini, alius liuore torques-  
tur, hunc cruciat ira, uindictæq; cupiditas, hic amat mis-  
serè, ille odit miserius, hunc præmit dura paupertas, il-  
le morbo, senioque degrauiatur, illum urget tyrannus.  
Quid aut̃ malorum non habet hæc uita? At omnibus  
dicit optimus ille Christus. Venite ad me, quocunq;  
malo laboratis, quæcunq; uos sarcina grauat, ego re-  
ficiam uos. Cur autem pigeat uenire ad eum, qui nos-  
tri causa uenit ad nos? Huc igitur ueniant, huc propes-  
rent, qui malorū quærunt remedia, qui salutis munera,  
qui honestatis ornamenta, ac demum nunquam fi-  
niendæ felicitatis gaudia. Hinc formam Christianæ ui-  
tæ, hinc animorū solatia, hinc omniū rerum tum diuis-  
narū, tum humanarum iudiciū petere oportet. Sed &  
eandem exprimat uita nostra, in hac stylus noster uers-  
setur, hanc discamus, hanc doceamus uerbis, moribus,  
exemplo, deniq; in hac una toti simus, quando & ipsa  
uicissim sola nobis instar omniū erit. Sed hæc obiter,  
& ab instituto nostro parū digressi de sacrosanctæ  
Theologiæ studio dicere uoluimus: ad Staphylum nos-  
strum redeo, qui dum aliquanto tempore recondita  
coelestis illius Philosophiæ mysteria non indiligen-  
ter peruestigasset, omnemq; sibi Panopliam, quæ ad  
Ecclesiæ hostes profligandos necessaria uidebatur,  
magnis sudoribus, studijsq; assiduis comparasset, in  
aciem tandem prodijt, manus cum hostibus conseruit,  
fortiter cum ijs certauit, dimicauit, pugnauit, tan-  
tumq; inde laudis, & gloriæ reportauit, ut uicti illi, ac  
turpiter



Oratio funebris Georgij Theandri

turpiter profligati Staphylo nostro uictori herbã potius  
rigere uel inuicti sint coacti. Laus igitur Patri coelesti,  
qui ut hæcenus semper Ecclesiæ suæ præstò fuit, semper  
perq; bonos operarios ad uineam suã excolendã misit,  
itã nec nunc quidem mittere desinit. Quantumuis hæc  
reses inualescant, quanta quãta truculentia lupi illi ras  
paces obambulent, oberrent, in caulas dominicas sæ  
uiant, & grassentur: quantumuis etiã immanes illæ  
beluæ uineam domini Zebaoth deuastare conentur,  
interim non est tacendũ Speculatoribus zion, sed uox  
ueluti tuba exaltanda cõtra barbaros illos, & immanes  
Philisteos aciẽ Dei uiuentis exprobrantes, omnibusq;  
animi uiribus pugnandũ est pro turri illa Dauidica, in  
qua mille pendent Clypei, & omnis armatura fortium.

Nam & lectulũ Solomonis sexaginta fortes ambiũt  
ex fortissimis Israëlis, omnes tenentes gladios, & ad  
bella doctissimi, uniuscuiusq; ensis super femur suum  
propter timores nocturnos. Equorũ numero, ut pris  
licos illos, & fortissimos Ecclesiæ propugnatores Cy  
prianum, Tertullianũ, Originem, Augustinum, Hiero  
ronymum, Ambrosium, Chrysostrum, Epiphaniũ,  
Basilium magnum, Nazianzenũ, & alios in numeros  
in præsentia omittã, hac nostra ætate maximi illi athles  
tæ, & in Christi militia exercitatissimi fuere Roffenses,  
Mori, & pleriq; alij sanctissimi Angliæ Martyres. Ap  
pud nos uerò Eccij, Cochlei, Emseri, Hoffmeisteri, &  
alij strenui Ecclesiæ propugnatores, quorum spiritus  
iã Deo uiuunt. Ad extremum etiã in aciem prodijt  
magnanimus ille heros, & Euangelicæ libertatis inuis  
ctissimus

ctissimus uindex, Stanislaus Hosius Polonus, ac de-  
 mum licet omnium ferè postremus, nulli tñ secundus  
 Staphylus hic noster, cuius profectò tot extant præclara  
 de hostibus trophæa, tot triumphî, ut maior sit laus eius  
 in Ecclesia sanctorum, quàm ut ullis à me uerbis enar-  
 rari queat. Testantur hoc præter cætera, diuina illius  
 monumenta, quæ pro Ecclesiæ libertate aduersus hæ-  
 reticos asserenda, partim iam in lucem sunt edita, par-  
 tim quædam adhuc edenda, conscripta dicuntur, ut uel  
 post libitinam æternitati quodq; consecrentur. Quæ  
 omnia abundè faciunt fidem, quanta cum laude & di-  
 gnitate spartam ille suam adornarit, talentumq; sibi  
 concreditum non aut terræ infoderit, aut fascijs inuol-  
 uerit, sed ut prudens, fidelis, & frugi seruus in commu-  
 nem Ecclesiæ utilitatem contulerit, erogarit, dispensa-  
 rit. Sed hætenus de ijs satis à nobis dictum esto: reli-  
 quum nunc esse uideo, ut finem dicendi facturi, alias  
 quoq; Staphyli nostri uirtutes præclaras, & pulcherris-  
 mas breuiter attingamus. Hoc profectò nemo extitit  
 maior iustitiæ cultor, nemo uel fortior, uel modestior,  
 nemo in uoluptatibus continentior, nemo in mori-  
 bus grauior. Catonem dixisses, tanta in uiro seueritas,  
 tanta dignitas, tanta grauitas elucebat. Nemo adoles-  
 centiam melius in officio retinuit, nemo acerbius iu-  
 uentutis lasciuia cohercuit, uitia infectatus est. Et quod  
 ad politiam attinet, nemo etiàm sapientius respublicas  
 administrandi rationes nouit, nemo ciuium salutî, uti-  
 litatiq; rectius consuluit, ciuitates conseruauit, ciues in  
 ordinem redegit, eorum petulantiam repressit. Qua ex

Oratio funebris Georgij Theandri

re tametsi non nihil odij sibi, & inuidiæ contrahere uideretur, adeo, ut à nonnullis austeritatis cuiusdam insimularetur, & Zoilorum conuiijs traduceretur. Quis quid tamen ob iustitiæ, ueritatisq; amorem patiebatur, fortiore animo sustinuit, quàm ut uel transuersum culum ab æquitatis, & recti tramite declinaret. O uirum magnanimum, & omni seculorum memoria dignum, qui ijs artibus, quæ uerè clarum, uerèq; nobilem, maximèq; utilem, ac bonum uirum faciunt, uiam sibi ad immortalitatem præmuniuit. His uobiscum uixit, his ad iustam usq; ætatem euasit, cum his comitibus spiritum suum Deo, qui dedit, reddidit, cum his uitæ munus absoluit. Hunc uirum, uos patres, amisistis, cuius consilijs maximi Imperatores et monarchæ, potentissimi reges, & Principes in rebus grauissimis utebantur. Prudentia uiri huius, grauitas, & in rebus agendis industria, ac dexteritas summa fecit, ut præclaræ huius scholæ uestræ quasi dictator aliquis, nō unius, & alterius mensis, anniuè, sed perpetuº ab Illustrissimo, & serenissimo Principe nostro constitueretur. Huius consilijs, & prudentia respublica uestra gubernabatur: hunc uirum nunc uos miserè defletis, hunc gemitibus, hunc planctibus prosequimini: huic postremum, sed pium tamen honorem impenditis, quem si prudentem, si iustum, si fide, ac pietate præditum, deniq; si uirum bonum, ac utilem, & ob id meliorem iam uitam adeptum diuina bonitate creditis, præstiterat, longè (inquam) præstiterat istum mœrorem deponere, neq; supra modum illius desiderium ingemiscere. Id quod ab ijs maximè fieri solet,

solet, qui nullam omninò spem reliquam sibiipsis res-  
 posuere uitæ futuræ. Nam si IESVM ex mortuis  
 resurrexisset credimus, sic & Deus eos, qui dormierunt,  
 per IESVM ad uitam pariter adducet. Quibus ni-  
 mirum uerbis Doctor ille gentium Paulus Apostolus  
 nos mutuo consolari præcepit, neq; de mortuis usq;  
 adeo sollicitos esse debere: Satius esse ratus, ut pro ui-  
 rili nostra interim operam demus, quò castè, ius-  
 tè, pieq; peracta huius uitæ fabula Chris-  
 tus tandem dignos nos reperis-  
 at, quos participes suæ fa-  
 ciat immortalitatis.  
 Dicebam,

EPICEDION  
IN OBITVM NO-

BILIS, MAGNIFICI, VIRTU-  
te doctrinaq; clarissimi uiri, Domini Friderici Staphy-  
li, S. R. C. Maiestatis & Illustris: Ducis Bauariæ conse-  
liarij, SS. Theologiæ Doctoris, atq; fidei Catholicæ  
propugnatoris inuicti, Scholæq; Ingolstadtis  
ensis νομοφύλακος optimè promeriti, scri-  
ptum ab Adamo Landauo Isle-  
uiensi Med. Doctore etc.



Ande Thaleia sonos elegis funebri-  
(bus aptos,  
Abijce dulcisonæ plectra canora  
(lyræ.

Vos quoq; Pierides miserabile fundite carmen,  
Psallite submisso murmure triste melos.  
Murice non Tyrio toga uos imbuta decebit,  
Nec nitidas ornet Laurea uerna comas.  
Crinibus impexis sed ad hæc spectacula Musas,  
Succinctasq; nigra ueste uenire decet.  
Si qua dies etenim lugubri flebilis actu,  
Atq; cani mæsto carmine digna fuit:

Hec

Hæc ploranda uenit Lux lamentabilis orbi.  
 Hæc humili uultu & uoce gemenda uenit:  
 Qua Staphylum ternæ nobis rapuere Sorores,  
 Vitæ quæ fragilis pensa seuera trabunt.  
 Nunc iuuat & fas est gemebundos cedere planctus,  
 Nunc iuuat incultas flendo rigare genas.  
 Nil pulsare uetat contractis pectora pugnīs,  
 Aut per colla uagam spargere nuda comam.  
 Plange cohors iuuenum nostri studiosa Lycæi,  
 Vos quoq; lugubri plangite uoce Patres.  
 Proдите concepti largissima signa doloris,  
 Nec pudeat luctus, cum pia causa subest.  
 Nam decor ille uiri perijt, qui uiuere longa,  
 Nestoris annosi tempora dignus erat.  
 Occidit heu uestri lumen uenerabile cætus,  
 Emicuit nitidum cuius in orbe iubar.  
 Cernitis insignem uos amisisse Patronum,  
 Quem proprio constat uos aluisse sinu.  
 Protulit is Clarij pomæria splendida regni,  
 Et fuit hac docti tutor in urbe gregis.  
 En pueri, caniq; senes & sacra Mineruæ  
 Turba pium lachrymis testificantur opus.  
 Vesteq; pullata luctum profitentur amici,  
 Quæso quid hoc casu tristius esse potest?  
 En Staphyli spectas efferrī funere corpus,  
 Exili tumulo cernis & ossa tegi.

Olachrymanda dies, atroq; notanda lapillo,  
 O querulis semper lux repetenda sonis.  
 Onimis audaces stimulos, o tristia mortis  
 Iura, quibus nulli parcere seua solet.  
 Materiam iusti lux omnibus ista doloris  
 Præbet, qui prisco numina more colunt.  
 Ipsaq; conspicitur uultus **ECCLESIA** *tristes*  
 Induere, atq; suas mæsta dolore uices.  
 Hæc gemitu immodicum queritur testante dolorem,  
 Ac tremulo tales fundit ab ore sonos:  
 Me miseram, posthac quis sustentare studebit  
 Christigenæ nimium languida fulcra domus?  
 Quis fabricæ sataget nostræ probibere ruinam?  
 Quæ tam funestis est lacerata modis?  
 Fraudibus heu perij uarijsq; tumultibus acta:  
 Ex obitu Staphyli uulnera tanta fero:  
 Sospite quo, affulsit placida spes inclyta pacis,  
 Atq; mihi fuerat iam quasi parta quies.  
 Iam mea uindicibus crescebant robora scriptis,  
 Cæpit & amissus penè redire uigor.  
 Tunc primum ausa fui squallentes tollere uultus,  
 Depressumq; hilari fronte leuare caput.  
 At ubi tam fido mors me priuauit Achate,  
 Occido, ni subitam præstet amicus opem.  
 Hostibus, ab quotus est, qui cum grauitate repugnet?  
 Nam sibi, quod prodest, quærere quisq; studet.

Ampla

*A*mpla quidem messis, seges & matura per agros  
 Spargitur, & culmos pondere grana premunt:  
*A*t, qui falce metat Cererem uel in horrea condat,  
 Hei mihi, iam cygno est rarior ille nigro.  
*H*inc fremebundus aper grauidas profugat aristas,  
 Denteq; fecundos depopulatur agros.  
*S*unt, qui cum ualeant rebus succurrere lapsis,  
 Bella tamen fugiunt inuidiosa metu.  
*V*el quod ab offitio probris retrabuntur acerbis,  
 Vel quia, quod nunq; sim peritura, sciunt.  
*O*tia pars sequitur: turpi pars maxima luxu  
 Diffluit, & damno negligor ipsa meo.  
*S*ed non sic Staphylus, qui contra audentior iuit,  
 Ad sana impediens serpere membra luem.  
*H*oc, mihi uisa sui spectare, superstite, portum,  
 Nec timui horribilis sæua fluenta sali.  
*N*unc mea uel minimo quatietur cymbula fluctu,  
 In tenui metuet gurgite sæpe malum.  
*N*ulla quies, donec procul hinc expellar ad Indos,  
 Hac regione mihi uix locus ullus erit.  
*H*æresis ad summos prouecta superbit honores,  
 Inflatq; pium despicit ore gregem.  
*N*on sic Tisiphone, non sic furibunda Megæra  
 Sæuit, nec frendens, quem ciet ira, Leo.  
*I*llius oppugnor quoties hostilibus armis?  
 Ab quoties nostra in uiscera tela iacit?  
Pectore,



Pectore, non satis est, forti excepisse tot ictus,  
 Hacenus & nunquam terga dedisse fuga:  
 Non satis est corpus tímido obiecisse Tyranno,  
 Doctrinæ ut sparsit semina dira suæ:  
 Sed noua quotidie promergunt horrida monstra,  
 Hæreseôn passim pullulat ampla seges.  
 Oppida uix tot sunt, fidei quot in orbe figuræ,  
 Et noua penè omnis dogmata pagus habet.  
 Iamq; repentinis accensa est Gallia flammis,  
 Caluini unius somnia uana sequens.  
 Quo duce uasatur cultissima uinea **CHRISTI,**  
 Atq; hominum dantur millia multa neci.  
 Illius heu celeri doctrina propagine crescit,  
 Exerit atq; loco proximiore caput.  
 Hic mihi perniciem clademq; minatur atrocem,  
 Hic quacunq; potest fraude nocere, nocet.  
 Leucoreas adeò magni non pendo Chimæras,  
 Quantumuis tumeant ambitione graui.  
 Nam spes una mihi superest, sed parua, salutis,  
 Ambiguo prorsus nec caret illa metu:  
 Quòd uideo hæreticos odijs flagrare cruentis,  
 Conferere atq; truces in sua damna manus.  
 Pax oritur iustis, pax nostra floret in æde,  
 Schismatici postquam mutua bella gerant.  
 Ac uelut à uento puluis diffatur in auras,  
 Dissiciturq; uago turbine uile lutum:

Sic, quam diuersa in partes sententia scindit,  
 Hæresis exiguo tempore tota perit.  
 Iungeret hanc autem stabili concordia nexu,  
 Dissidij & tegeret cæca latebra dolos:  
 In me sæuirent coniunctis uiribus omnes,  
 Structuram afflictam diruerentq; meam:  
 Ingenio Staphylus nisi detexisset acuto  
 Monstrassetq; dolis iurgia tecta nouis.  
 Sed tamen heu grauius sum conquassata procellis,  
 Nostraq; iam medijs cymba fatiscit aquis.  
 Additur æruinis nouis ex hoc funere mæror,  
 Lanificæ Staphylum quod rapuere Deæ.  
 Auguror hinc, mihi præsentem impendere ruinam,  
 Vertitur ante oculos tristis imago meos.  
 Credite, mors hæc est cladis præsaga futura,  
 Atq; suo non res omine mæsta caret.  
 Sed tu, **CHRISTE** potens, medicabere iulnere no-  
 Pendet ab arbitrio res mea tota tuo.      (stra,  
 Rumpe moras, subitoq; ueni, succurre periclis,  
 Nam nisi subuenias mersa carina perit.  
 Edere uisa fuit tales **ECCLÉSIA** questus,  
 Humentesq; manu tergere sæpe genas.  
 Nec dolet immerito: quis enim, nisi ferreus hostis,  
 Tam neget eximij fata dolenda uiri?  
 Undiq; se campus uirtutum fertilis offert,  
 Vena quæ exposcunt uberiore cani.

Splendor luminibus nostris offunditur ingens,  
 Et bene gestorum grandis aceruus adest.  
 Maxima nos gracili sulcabinus æquora lintre,  
 Exuperans uires Musa recusat onus.  
 Nam memori repetat quisquam seu pectore, quantum  
 Illius in tergo fulserit ore decus:  
 Seu facunda quibus uerbis oratio fluxit,  
 Si quando hæc serie continuanda fuit:  
 Siue quis ingenij celeberrima dona sagacis  
 Sollicita secum uoluere mente uelit:  
 Inueniet, digna statuatur quod laude uebendum,  
 Quodq; sibi ereptum plangere iure queat.  
 A uitij alienus erat, patiensq; laborum,  
 Et modicæ semper sobrietatis amans.  
 Haud ullam Sophiæ Cyclos complectitur artem,  
 Ingenita quam non condidicisset ope.  
 Mentis & integræ pollebat acumine raro,  
 Consilijq; fuit maximus ille suis.  
 Hæc ubi iam uasto fama inclaresceret orbe,  
 Et patuit uirtus ingeniumq; potens:  
 Cæsaris admonitu uotisq; ascitus in Aulam,  
 Publica solerti commoda iuuuit ope.  
 Deniq; DVX animo generoso & corpore magnus,  
 Qui tenet illustri Bõia sceptrum manu:  
 Egregias Staphyli miratus pectore dotes,  
 Tradidit huic nostræ iura tuenda scholæ:

Quam Spas tam studio & cura uigilante perornans,  
 Iunxit ubiq; parem cum grauitate fidem.  
 Quid referam, hæreticas quanto conamine pestes  
 Sustulerit, fidei dogmata sana docens?  
 Alter ut Alcides truculentus contudit hydras,  
 Infractusq; neci monstra stupenda dedit.  
 Non tamen humano confisus Marte proteruis  
 Hostibus excussit leta trophæa manu:  
 Suppeditante sacro sed ad hoc sibi flamine uires,  
 Et ueterum adiutus traditione patrum.  
 Hac ope Lernæam Staphylus iugulauit Echidnam,  
 Explicuit neruos hac ratione suos.  
 Hac, diuina sacri docuit mysteria uerbi,  
 Hac laudem fuso uictor ab hoste tulit.  
 Schismata uaniloqui sic seditiosa Prophetæ  
 Conuulsit, passim tempore nata breui:  
 Illius ut doctrina sibi contraria pugnet,  
 Acriter & foueat somnia quisq; sua.  
 Hinc, quoniam proprio sensu Calvinus abundat,  
 Gallia civili sanguine tincta rubet.  
 Hinc malesana leuem sectatur turba Magistrum,  
 Conueniens nomen cui nigra terra dedit.  
 Hinc profugus reuomit malè coctum Dalmata uirus,  
 Nectar & Ambrosiam quod tibi, Galle, sapit.  
 Cætera quid memorem simili nutrita colostro  
 Monstra, quibus mundus fallitur atq; perit?

Credite, Tartareis si quando rediret ab umbris  
 Non equidem factus nosset Hyæna suos.  
 Omnibus in faciem Staphylus, ceu athleta paratus  
 Restitit ancipiti fortiter absq; metu.  
 An dubitas Schmideline? nec hanc obliuio pugnam  
 Mente parum firma te meminisse sinit?  
 Næ tibi cum Staphylo fuit haud ignobile bellum,  
 Est aliquid magnos carpere posse uiros.  
 Nam uinci laus est, si nunq; uincere possis,  
 Victus & hinc magnum nomen ab hoste refers.  
 Sed qua dogmata tuum, quod ad huc à follibus ignes  
 Exspirat, Staphylus triuerit arte, liquet.  
 Nunc desiste rudes incudi reddere massas,  
 Malleolosq; pigra tollere sæpe manu.  
 Atq; opera in tereti suspende fabrilia clauo,  
 Dum Mars in pugnam te uocet usq; nouus.  
 Scripta sed impuris quæ strix Spangbergica labris  
 Exputit, ut nullam promeruere fidem:  
 Sic, ueluti nugæ tenues, non digna refelli  
 Ingenuis unq; uisa fuere uiris.  
 Nam sunt uipereo passim conspersa ueneno,  
 Et stygiis spirant non nisi dira faces.  
 Non Spangberge DEVS, sed perditus arbiter Orci,  
 Prodere te scriptis tot maledicta iubet:  
 Hic quoq; Bubo tuas Neopyrgice concitat iras,  
 Quæis petulante probos quoslibet ore notas.

Sed siclo alterius corrodere crimine famam,  
 Ars uestra est, quam qui nescit, inermis erit.  
 Creditis hac letos acquiri posse triumphos,  
 Sed nihil ad palmam lingua proterua facit.  
 Nititur hoc fulcro turris Babylonica, quam uos  
 Viribus intentis aedificasse, patet.  
 At Staphylo nocuit nihil hæc insania uestra,  
 Scommata magnanimo pectore falsa tulit.  
 Quippe caullantim quod ineuitabilis esset  
 Morsus, id ingenio nouerat ipse suo.  
 Nec uestro oppetijt confectus uulnere mortem,  
 Nam quis uestra sibi tela timenda putet?  
 Quæ uos exagitant, quis quæso horrescat Erynnas?  
 Quis bene uos nescit non didicisse loqui?  
 Hoc doluit Staphylus, seduci fraudibus orbem,  
 Esse sacræ doluit uincula rupta domus.  
 Hic zelus fragiles penetrauit ad usq; medullas,  
 Corporis integritas hinc labefacta fuit.  
 Si cui forte tamen cognoscere tanta cupido est,  
 Quæ Staphyli fuerit mors, & origo necis:  
 Accipe, non iugas tibi sum dicturus aniles,  
 Gesta sed ingenuo carmine uera loquar.  
 Non Epilepsis atrox, Febris, furiosa Phrenitis,  
 Non sitibundus Hydrops, causa fuere necis:  
 Non Carus, aut Parepsis uelox, nec anibela Cynanche,  
 Nec quæ pestifero est aëre nata lues:

Non subito inuasit præceps *A*poplexia mentem,  
Pridie & haud sanus, Mors ubi uenit, erat:  
Viscera nec *C*hio turgebant plena *F*alerno,  
Vt uatem constat, *S*ecta, obiisse tuum:  
Cui, dapibus farto multis abdomine, magna  
Scilicet ad caelos scandere cura fuit.  
Sed placidè occubuit *S*taphylus sensimq; refrixit,  
Lassa uelut solito membra sopore leuans.  
Confluxère graues causæ fomentaq; læthi,  
*A*cre nimis studium, perpetuusq; labor.  
Hinc stomachus largo cerebri madefactus ab imbre,  
Non alimenta cupit, nec benè sumpta coquit.  
Mox diuturna macrum consumpsit inedia corpus,  
*A*trophia & longa creuit adaucta die.  
Deniq;, quod prolem *A*lbertum *L*ibitina peremit,  
Hæc non exigui causa doloris erat.  
Magna etenim primis se spes ostenderat annis,  
Hunc fore ceu baculum subsidiuumq; patris.  
Venturam interea præsensit pectore mortem,  
Integer atq; animo constitit usq; suo.  
Dixit saepe, tuo uiduabere coniuge, coniunx,  
Sæpe alijs dixit, iam moriturus ero.  
Nam mihi præfagit ueri mens conscia mortem,  
Fallere nec spes hæc posse uidetur, ait.  
Præmissumq; sequar, non tardo funere, natum,  
Qui mihi sydereæ ad regna parauit iter.

Illius exemplo didici mea uincere fata,  
 Viuere me docuit filius atq; mori.  
 Ergo tibi coniunx sobolemq; fidemq; relinquo,  
 Erudienda illa est, hæc retinenda tibi.  
 Tu Friderice puer, quia nunc adolescit & annis  
 Maior es, ut maior sis probitate, stude.  
 Præmineas reliquis uita & pietate duobus,  
 Virtutem ut discant te præeunte sequi.  
 Prima tamen sit cura DEI, quem temnite nunquam,  
 Altera post uiduæ cura parentis erit.  
 Hæresis à prisca nunquam uos diuidat, hortor,  
 Religionem, sed hanc mente tenete pia.  
 Nam sua conspicitis sic proderè dogmata multos,  
 Ceu sint ætherei uoce probata patris.  
 Sirenum sed teebna sub hac dulcedine cantus  
 Pressa latet, cui non est adhibenda fides.  
 Hæretici lachrymas Crocodyli effundere norunt,  
 Atq; his decipiunt pectora nuda dolis.  
 Fallitur occulto piscis squamosus ab hamo,  
 Affixos cupido cum rapit ore cibos.  
 Sæpe tacet uiridi coluber contortus in herba,  
 Toxicam, si tangas, perniciosam uomens.  
 Me monitore igitur doctrinas discite auitas,  
 Ex his, o coniunx, uestra petenda salus.  
 Inconcussa manent Fidei fundamina prisca,  
 Huic cœleste, mihi credite, numen inest.

A Seruè



*A*fferui hanc constans, facti monumenta supersunt,  
Hanc docturus ero, dum modo fata sinunt.  
*V*os tamen haud fidei iubeo confidere soli,  
*V*t modo uirtuti gens inimica docet.  
*C*redere nil prodest, factis nisi uita probatis  
Luceat, haec fidei consociata beant.  
*N*ec proba uita inuat, nisi credas, omnia sordent  
*A*cta, licet bona sint, quae facis absq; fide.  
*H*aec retinenda fides: hic ducit ad aethera callis,  
Qui posthac uobis ingrediendus erit,  
*H*aec etiam est mihi semita nunc calcanda, nec obsor:  
Discessus quouis tempore gratus erit.  
*T*exuit haud celeri Glotho mihi turbine filum,  
Nec cita mors nimium, nec quoq; sera uenit.  
*N*am completa decem uitae iam lustra peregi,  
*A*etas est, fateor, non nimis illa grauis.  
*S*ed tamen acta senem faciunt operosa laborum,  
Canescit curis & pilus ante diem.  
*E*neruant teneras cummulata negotia uires,  
Rugaeq; praeproperè saepe senilis adest.  
*Q*uapropter corpus tibi, Mors, mutabile reddam,  
Ossaq; fatali contumulanda luto.  
*V*iuimus ut moriamur, & ut uiuamus in aeuum,  
Idcirco offitium mors facis atra tuum.  
*Q*uod superest animam tibi, *CHRISTE* ter optime,  
*V*t mea sis semper uita salusq; precor. (trado,  
Non

Non meritis fido proprijs, sed inutilis adsum  
 Seruus opem poscens, qua sine nullus ero.  
 Hæc ubi fatus erat, sensim uiolentia morbi  
 Crescit, & exhausto robore, languor adest.  
 Cumq; locuturo moriens uox hæsit in ore,  
 Præstitit & munus non bene lingua suum:  
 Signa dedit fidei constantis splendida nutu,  
 Inflexum dictis annuit atq; caput.  
 Non libare cruci neglexit & oscula sanctæ,  
 Cõtemplans animo uulnera, CHRISTE, tua.  
 Mox ubi natiui restincta fuere calor  
 Semina, nec gelido in corpore succus erat:  
 Frigida mors graciles, sed lento, serpsit in artus,  
 Clausit & extremo tempore Parca dies.  
 Nunc uacuum tenui corpus concluditur urna,  
 Spiritus at turba cælite gaudet ouans.  
 Hæc Staphyli mors est, si nescis, & hæc tibi mors ut  
 Tam placida eueniat, Mome, precare DE-  
 I nunc, secta minax, falsa & mendacia finge, (VM.  
 Dis quæ infernali dictat ab orbe tibi.  
 Utq; soles, hilaris perfrictam exporrige frontem,  
 Atq; ex alterius gaudia carpe malis.  
 Osibus haud parcat rabies insana sepultis,  
 Nec probris uiuos sit lacerasse satis:  
 Interea horrendam non obliuiscere mortem,  
 Qua perijt turgens hæresiarcha mero.

In mentem ueniat, sua quod reuocasse Melanthon  
Dogmata supremum dicitur ante diem:  
Impia confirmans deliramenta Phalacri,  
Quæ prius, ut purè falsa, professus erat.  
Desine crudeles obitus prædicere nostris,  
Sed quoq; te manes scito manere tuos.  
Pone supercilium, noliq; attollere cristas,  
Nescis enim tibi quid uespera tarda uehat:  
Suscepti nondum patet ultima meta laboris,  
Fine nec extremo clausa palæstra silet.  
Nos Staphyli mortem meritò lugemus amarè,  
Qui ueterem colimus cum pietate fidem.  
Non Scythici Thraces, non fex in gloria uulgi,  
Offitium impediēt, secta nec ulla, pium.  
Mascula sacratis nos thura adolebimus aris,  
Funereas fletu concutiente faces.  
Nos quoq; lustrali rorabimus imbri sepulchrum,  
Quamlibet hæreticis ilia rupta crepent.  
Nec superum pro anima defuncti orare pudebit  
Numen, concordī & dicere uoce preces:  
Ut si fortè aliquid neglectæ labis adhæsit,  
Prorsus id abstergas sanguine, Christe, tuo.  
Sed tamen haud nimium decet indulgere dolori,  
Mæstitiæq; modus constituendus erit.  
Quippe omnes morimur, quoniam peccauimus omnes,  
Tantum ex peccato mors fera iuris habet.

Nascimur

50

*Nascimur in lucem, non ut sit uita perennis,*  
*Sed docet hæc quemuis uita ad uca mori:*  
*Nil uiuat esse probum, mors non probitate mouetur,*  
*Læthifera cunctos inuida falce necat.*  
*Nescit honor, nescit species pulcherrima læthi*  
*Conueniente trucis flectere iura modo.*  
*Perpetuum nil mundus habet, durabile nil est,*  
*Nec res constanti permanet ulla loco.*  
*Vt lux orta cadit, rursusq; exorta refulget,*  
*Nocteq; prorumpit disspereunte dies:*  
*Vtq; suo uarie mutata apparet in orbe*  
*Cynthia, nec facies illius una manet:*  
*Sed modo curuata resplendet imagine falcis,*  
*Vndiq; mox pleno lumine clara nitet:*  
*Omnia sic, quæ sunt, omnes mutantur in horas,*  
*Quæq; manere uides, sunt ruitura breui.*  
*Scilicet intereunt præduris omnia fati,*  
*Hoc fragili nihil est, quod stet in orbe diu.*  
*Troia decenniali bello oppugnata fuisse*  
*Dicitur, & forti deniq; uersa manu:*  
*Nunc seges est, atq; arua secant ibi culta coloni,*  
*Armentum in uiridi gramine pastor alit.*  
*Dicite quid nam sit specioso pulchrius orbe,*  
*In quo tam uasta sydera mole micant.*  
*At tamen ille cadet, rapidoq; cremabitur igne,*  
*Et faciem assument condita cuncta nouam.*

Cur igitur mortalis homo, cur massa putrescens  
In tenui efflata mente superbis humo?  
Non tua sunt, quæ mundus habet, sed uiuis ut exul,  
Hic cui nullus erit mansio fixa locus.  
A duena uiuis, & es fatalis nescius horæ,  
Sæuaq; perpetuò mors metuenda tibi est.  
Ergò cum mortis sit ineuitabile fatum,  
Omnia & immiti lege creata premat:  
Ponite iam luctum, nimios conpescite fletus,  
Hoc Staphyli quotquot funus amore dolent.  
Nam patris æterni fuit hæc immota uoluntas,  
Ut moriens uitam sumeret ipse nouam.  
Nec, nisi clausa solo frumenti grana putrescant,  
Multiplici fructum germine ferre solent:  
Sic, quia terra sumus, terræ quoq; reddimur atræ,  
Cogimur hac omnes lege iubente mori:  
Scilicet ad decus ut demortua membra resurgant,  
Atq; animæ uiuant consociata suæ.  
Tunc ubi mæsta malis tristem mortalibus ædet.  
Atq; bonis letum buccina læta sonum.  
Nos idcirco decet summo confidere **CHRISTO**,  
Corporis extinctum qui reparabit opus.  
In quo qui moritur, moritur benè, & intrat **Olympum**,  
Truditur ad stygios impia turba lacus.

FINIS.

VITTA

VITÆ  
CLARISSIMI VI-  
RI D. FRIDERICI STA-

phyli, con scripta carmine Elegiaco  
per M. Ioannem Lyresium,  
Cleuensem.



*T* quicumq; cupis Staphyli cognoscere  
(uitam,

Qui fuerit studij cursus & ordo uiri:  
Quam uarijs fuerit iactatus casibus, illū

Quæ loca, qui clari detinuere uiri :

Hæc lege, quæ facili dabimus breuitate, benigno,

Quisquis es, oramus, pectore, Lector, ades.

Vera canam, quantum licuit cognoscere certis

Testibus, & quæ me posse probare putem.

Nulla decent Christi mendacia uana poëtas:

Absit ab ingenuo pectore uana loqui:

Nos ea, quæ plures norunt, possuntq; probant,

Dicimus imparibus, qua licet arte, modis.

Haud facile historiam est pertextere carmine, uersu

Res ea se dici liberiore negat.

Sed neq; quærimus hic ornatum Lector, abito,

Quisquis es, ornatus qui studiosus eris.

## VITA D. STAPHYLI

Illud materiae ratio ieiuna negauit,  
 Et nimium nobis quod breue tempus erat.  
 Ite leues elegi, pullatis uestibus ite:  
 Non alio certè uos decet ire modo.

Ratio carnis  
 minis Ele  
 giaci.

Clara Sophoclaeo fuerant celebranda cothurno  
 Facta, uelut clarus, quem celebramus, erat:  
 Illa superueniens sed mors quia tristis inumbrat,  
 Conuenit haec uersu squallidiorè cani.

Terra iacet uastum boreae glacialis ad axem:  
 Terra potens forti milite, terra frequens:  
 Glande ferax tellus, & equis generosa ferendis:  
 Cleuiacis felix terra propinqua locis:

Vuesphalia  
 Westphale.

Vuesphaliam dicunt, ueteres habitasse Sicambros  
 Ante aliquot plures secula nostra putant:  
 Postea sed Rheni traiecto littore, Belgas  
 Factos, & nomen deposuisse uetus.

Cleuenses  
 Geldri.

Nunc mage Cleuenses & Geldros esse putamus  
 Vuesphaliae quondam qui tenuere loca.

Illam fuit ueteris tum Religionis amica  
 Terra, necaturis nec data praeda lupis:

Nunc, Anabaptistas cum pertulit effera, quantas  
 Pertulit, ab, clades, quantaq; damna tulit?

Ioannes Co  
 mes ab  
 Hoya, Sues  
 uus, praes  
 dens Vues  
 phaliae.

Sit licet Illustris Comes & Generosus ab Hoya  
 Praeses ibi, ueteris religionis amans:

Praeses, & insignis Praesul, uelut ortus auita  
 Nobilitate, pari sic pietate grauis.

Hac

*Hæc Staphyli patria est, quamuis satis horridus ille*

*Est locus, & Boreæ frigore sæuus agat.*

*Hæc illi patria est: plures tulit illa disertos,*

*Et studijs claros ingenijsq; uiros.*

*Buschius hinc ortus, uates non infimus, et si*

*Ille parum seculo barbariore fuit.*

*Protulit & claro Gropperos nomine, scriptis*

*Ioannes illos maximus inter erat:*

*Maximus ingenio, dicendi maximus arte:*

*Heros egregio corpore, mente, fide.*

*Scilicet hæc Staphyli patria est, ut diximus: illum*

*Osnaburga pio clara parente tulit.*

*Nomen erat Staphyli patri Luduicus, at Anne*

*Chara parens sancto nomine dicta fuit.*

*Iam puer ad paucos ubi uix adoleuerat annos,*

*Mortuus est tristi sydere uterq; parens.*

*Pupillum assumit tum charus auunculus ad se.*

*(Fortunæ fuit hic pars quotacunq; suæ.)*

*Hollandos adeunt. humanis moribus hæc gens*

*Præstat, & est multis mercibus illa frequens:*

*Nunc etiam ingenijs præstantibus excolit artes,*

*Et fouet insignes, quos amat, arte uiros.*

*Vrbs ibi clara satis, quam dicunt Amsterodamum:*

*(Finitima hæc patriæ est, Rotterodame, tuæ)*

*Illam fuit sedes illo data tempore: pergunt*

*Hamburgam, celeri uectus uterq; rate.*

Staphylus  
Vuesphau  
lus.

Hermānus  
Buschius,  
Poëta.  
Gropperi,  
Ioannes  
Gropperus,  
Susatensis,  
Iurecon.  
Cardinalis.  
Natus An  
no 1513.  
27. Augusti  
Osnaburga  
Osenbruck,  
Pater.  
Mater.

Hollandi.

Amsteroda  
mum.  
Rotteroda  
mum  
Erasmus  
Roteroda  
Hambura

Hic ga.



VITA D. STAPHYLI

Albis.

Hic prope, ubi gelidus citus influit *Albis* in undas  
Aequoreas, penè est naufraga factus aquis.

Borussia uel  
Prussia.

Inde Borussiacos fines, borealia spectans  
Frigora, prob, quanto turbine uectus? adit.  
Illa sat obseruans tum Relligionis auitæ  
Terra, nec infesto pressa sub hoste fuit:  
Nunc, ubi relligio melior mutata recessit,  
Durus eam tumido Marte Polonus habet.

Teutonici  
Domini.  
Teutsch  
German.

Antè ea Teutonicos Dominos quos dicimus, armis  
Horrida, nec tenui robore terra, tulit:  
Deliciae quondam Germanæ nobilitatis,  
Nunc at es externis commoda præda uiris.

Gedanum  
uel Dantiscum,  
Danzig.

Vrbs ibi, quam Gedanum ueteres dixere, nepotes  
Dantiscum soliti dicere, naue petunt.  
Hic peregrinus agens, amitinos sanguine iunctos  
Alloquio gaudet posse uidere suo.

Lithuani.  
Frigus  
Orientale.  
Russt.

Postea Sarmaticum propior quoq; tendit ad axem,  
Vicinos spectans, Prussia magna, tuos.  
Lithuanos ideo & spectantes frigora Russos,  
Solis ubi friget serior ortus, adit.

Scilicet & Russi (gens est ea fortis) auitæ  
(Vt modo sunt etiam) relligionis erant.  
Fretus ibi ingenio Staphylus, similiq; labore,  
Lithuano potuit fortiter ore loqui.

Quin & Russiacam, quæ Græcis plurima miscet,  
Scribere tum didicit dexteritate pari. Postea

Postea quinetiam cum Russis ille locutus,  
 Deq̄ fide Russo sepius ore fuit.  
 Illum Cauna ferax & splendida Vilna tenebant:  
 Oppida Lithuanis sunt ea clara locis.

Cauna.  
 Vilna.

At ne fortè diu nimis hic hæreret, eiq̄  
 Præcipiti efflueret cara inuenta gradu:  
 Latius est animus duras inuisere gentes  
 Sarmaticas, studijs & loca clara bonis.

Ergo Polonorum sedes & rura beata  
 (Sauromatas illos esse putamus) adit.

Poloni.

Excipit ardentem speciosa Cracouia: sedes  
 Illa Polonorum regibus esse solet:

Cracouia.

Regibus & magnis, studijs & commoda sedes:  
 Vistula ubi gelidis alluit acer aquis:

Vistula  
 Sic Wisel.

Vistula, Carpato refluens qui monte, marinis  
 Iuxta Dantiscum iungitur actus aquis.

Ille ibi perdiscens coniungit Græca Latinis,  
 Ingenio rebus conueniente suo.

Cognita quinetiam hic est dura Polonica lingua,  
 Durastvlo certè duraq̄ lingua sono.

Inde petit Gallos: Gallorum maxima doctis  
 Fama uiris, Solis qua patet orbis, erit.

Galli.

Quinetiam Italiae mens est inuisere sedes,  
 Et septem colles, Roma superba, tuos.

Italia.

Præsul Ioannes Hotfilter Vuesphalus isthic,  
 Vt fuit hoc dignū Principe, fôuit eū.

Roma.

Ioânes Hot  
 filter Vues  
 phalus, Epi

O Vistat

## VITA D. STAPHYLI

scopus Lus  
becensis.  
Padua  
Petrus Lōs  
bardus Ma  
gister Sen  
sentiarum.

*Visitat hinc Paduam, ( Venetis ea paret ) & isthic*

*Ad sacri studij se dedit acer opus.*

*Audit ibi cupide Lombardica scripta, Magister*

*Ille sacri studij dicitur esse sphis.*

*Inde reuersus, agit Gedani, coniunctus amicis,*

*Quos ratio charos sanguinis esse dedit.*

*Signa dat hic studij præclara, uirisq; rogatus*

*Sæpe fuit doctis, sæpe probatus ibi.*

*Hæc ubi, qui Caunæ degebat auunculus, audit,*

*De Staphylo magnam spem capit ille suo:*

*Spem capit, atq; suo partim iuuat ære, parentum*

*Partim suppeditat quæ bona forsân erant.*

*Quinetiam reliquos amitinos consulit, atq;*

*De studijs Staphyli contulit inter eos.*

*Aq; Borussiaco Duce largiter impetrat illi*

*Subsidium, & studij dirigit acer opus.*

*Cœperat intereâ contentio magna Lutheri*

*Serpere, nec paucis motibus illa data est.*

*Illâ Duces plures populosq; agitare, uirosq;*

*Diuerso positos orbe trahebat ouans.*

*Obsistunt alij, fremit effera Teutona scriptis*

*Terra, nec in lites inuidiosa ruit.*

*Hæc etiam Staphylum lis permouet, ille uolutans*

*Pectore rem dubio ponderat atq; premit.*

*Maxima*

*Maxima Leucorei fuit illo fama Lycæi*  
*Tempore, dissidij fax ubi prima fuit.*  
*Illuc se Staphylus conferre parabat, ut isthic*  
*Dissidij causas noscere ritè queat.*  
*Aduolat, & cupida cognoscit mente Lutherum,*  
*Occupat & studio se leuiore simul.*  
*Magna uiri fuit hic industria cognita, dotes*  
*Ingenij, probitas, religionis amor.*  
*Ponit in humanis studijs operamq; decusq;*  
*Et (ueluti dignum est) præmia digna tulit.*  
*Testis exit studij schola Vuittenbergica, fido*  
*Pectore Rhainoldus testis Erasmus erit:*  
*Ille Magisterij titulo decorare Decanus*  
*Iudicio Staphylum conueniente iubet:*  
*Iussit, & est ueluti promotus Vuesphalus, eius*  
*Ipsè satis fidus testis Erasmus erit.*  
*Inde sacris studijs sese magis occupat, atq;*  
*Græca simul discit commoditate pari.*  
*Discit, & ipse docet, (neq; enim disjungimus unq;*  
*Hæc duo, doctrina constat utrunq; sua.)*  
*Hoc Siculi poterunt isthic fragmenta docere,*  
*Versa sibi Latio Graia scripta stylo.*  
*Hic habuit Comites illustri sanguine, magna*  
*Laude quibus semper præfuit atq; fide.*  
*Charus ob has igitur res incipit esse Philippo,*  
*Charus ei rebus pluribus ille fuit.*

Vuittenbergæ.

An. 1532  
Staphylus  
proficiscis  
tur Vuittenbergæ.

Eraf. Rhainoldus, Decanus Artium Vuittenbergæ.  
Staphylus fit Magister Artium.  
An. 1541.  
Mêse Apri.

Fragmenta  
Diodori Siculi Græci.

Philipp. Melanchthon.

VITA D. STAPHYLI

Commensalis ei, simul atq; domesticus, annis  
 Pluribus auditor, discipulusq; frequens:  
 Postea quinetiam sociusq; & fidus amicus,  
 Charus, ut alterno pectore frater, erat.  
 Sic etiam reliqui simili ratione sodales

Iustus Ionas.  
 Ioanes Pomeranus.

Complexi, Ionas & Pomeranus, eum.  
 Imbibit hic etiam quaedam noua dogmata, cautum

Ardor is ætatis non satis esse sinit.

Quinetiam rebus secretis ipse Lutherus

Iunxit eum fido pectore sæpe sibi:

Iunxit, & ut dignum sacris quoq; rebus agendis,

Pluribus exclusis, hic sibi testis erat.

Fortè fide dubia res pluribus ista uidetur:

Notior exemplo res erit ista dato.

Historia, Of  
 sitz, Ofsitz  
 in Misnia.

Est locus, Ofsitium dicunt, ibi parua Satbanæ

Imperio miserè pressa puella fuit.

Eijcere hunc isthic nulli potuere Lutheri

Sacrifici, iuuuit nil ibi firma fides.

Quicquid agant, miseræ spes nulla relicta puellæ,

Nulla fuit tantis spes rata facta uiris.

Consultitur. magnum mens est adhibere Lutherum,

Libera quo fiat parua puella uiro.

Ille ferebatur nam scriptis pluribus atq;

Vocibus Helias tertius esse Dei.

Lutherus ter  
 tius Helias.

Sæpius hac illum compellere uoce Melanchthon,

Sæpius in scriptis sic Pomeranus eum.

Quin

Quin Euangelij mystam sese ipse Lutherus  
 Dicere, qui minimè falsa docere queat:  
 Cuius uerba Dei sint uerba, sciat quia certò,  
 Quæ doceat, iussu cuncta docere Dei.  
 Illa ferebantur scriptis quia pluribus, ut iam  
 Diximus, hunc unum consuluisse placet.  
 Misniacis ducunt è saltibus ergo puellam,  
 Albiacæq; petunt moenia clara scholæ.  
 Accedunt animis & supplice uoce Lutherum,  
 Vtq; ferat timida uoce precantur opem.  
 Obstiterit causæ quid at illi nescio, primò  
 Difficilem certè se dedit ille satis.  
 Pluribus illi instant. pudor est nil uelle Lutherum:  
 Nemo, ea quin posset, qui dubitaret, erat.  
 Annuit, inq; adytum duci iubet ille puellam:  
 Ille locus rebus talibus aptus erat.  
 Sumit ad hanc secum rem testes ipse Lutherus  
 Præclaros aliquot cognitione uiros:  
 Qui quod agat uideant, rem demirentur ut istam:  
 Ex illis Staphylus noster & unus erat.  
 Incipit, adiurat, sed non, ut more uetusto,  
 Qui sunt antiquæ religionis, agunt.  
 Iurat & adiurat, nil promouet, haud ibi dæmon.  
 Cedere qui uellet, perfidus ullus erat.  
 Turbatur subito tremebunda mente Lutherus:  
 Dæmonis hic præsens uis inimica fuit.

Lutherus  
Euāgelistas

Anno 1548

Lutherus  
adiurat Sa-  
thanam.

VITA D. STAPHYLI

Currit, & ex adyto sese festinus anhelò  
 Pectore, ui possit qua dare cunq̄, cupit.  
 Sed quid agat? (quanta est sæui uis dæmonis?) illi  
 Non potuere aliqua parte patere fores.  
 Intus & exterius dæmon concluderat, illas  
 Vt nec claue queas nec reserare manu.  
 Anxius inde magis subito petit ille fenestras,  
 Possset ut inde cito desiliisse gradu.  
 Ast illi tenues cancelli obsistere, nullo  
 Possset ut hinc sese præcipitare modo.  
 Turbatus trahitur, partesq̄ recurrit ad omnes,  
 Nescius hoc quam se explicet arte loco:  
 Donec ab æditimo grandis porrecta securis  
 Cancellis, pauida non sine mente, fuit.  
 Arripit hanc Staphylus, ueluti robustior, illi  
 Hoc oneris socijs imposuisse placet:  
 Arripit, & forti, quantum ualet, ostia dextra  
 Concutit, incussu disiliere fores:  
 Disiliere fores, subito citus ille Prophetes  
 Exilit, & cursu turbida membra trahit.  
 Liberat hunc Staphylus tali ratione, malignum  
 Dæmona cum nulla pellerè possset ope.  
 Non potuit, nec adhuc poterunt præstare Lutberi  
 Discipuli, grandi sint licet usq̄ fide:  
 Nuper ut. Augusta, simili ratione, puella  
 Dæmona qui uellet pellerè, nullus erat:

Staphylus  
 liberat Lu-  
 therum peri-  
 culo.

Anno 1563.

Nullus

*Nullus qui uoluit, potuit neq; forsitan ullus:*

*Talia iudicio mens negat ipsa suo.*

*At potuit Doctor Simon Schibenbartius, arte  
Clarus, & antiquæ religionis homo.*

D. Simon  
Schibenbar  
tius, Theoa  
logus.

*Sed ualeant ista, ad Staphylum redeamus: is huius*

*Maxima namq; mihi causa laboris erit.*

*Forsitan hoc Osnaburgensis Præsul in anno*

*Franciscus, Mindæ qui quoq; Præsul erat,*

*Expetijt Staphylum, (fuit hic oriundus in illa*

*Parte, uelut paulo diximus ante, loci.)*

*Ergo ut agat secum, scriptis rogat ille Philippum,*

*Aulæ quò subeat munera sacra suæ:*

*Munera tractandi diuini semina uerbi:*

*Munera magna nimis, munera dura nimis:*

*Ille recusauit rem tanti ponderis. eius*

*Tum causam scriptis ipse Philippus agit.*

*Reddidit hæc scriptis: nimis hæc sibi magna uideri*

*Officia, atq; humeris non paria esse suis:*

*Nam quamuis cupiat multis prodesse, inuare*

*In sancta dubios religionis uiros:*

*Aulæ nolle tamen perferre negotia tanta,*

*Quæ sint difficili cognita sæpe fide.*

An. 1545.  
circa Pascha  
Franciscus  
Episcopus  
Monaster  
riensis, Osnaburgensis, &  
Mindensis.

An. 1545.  
24 Aprilis.

*Ipsè Borussiacus Dux hoc quoq; magnus in anno*

*Albertus Staphylum per sua scripta uocat.*

Albertus  
Dux Pruss  
iæ,

*Expetie*



## VITA D. STAPHYLI

Expetit, ut Lector fiat sibi Regiomonti  
Publicus in studijs, quæ colat ipse, sacris.

An. 1545.  
prima Aus-  
gusti.

Illi respondit cupida ratione Philippus,  
Muneris hoc Staphylum sumere uelle sibi:

Ipse parem quamuis se uix existimet isti  
( Primus ibi cum sit solus & ipse ) rei.

Pluribus hoc scripto Staphylum commendat, & illum  
A probitate, fide, religione probat:

Dotibus ingenij, doctrinæ laude coronat:

Hoc quosdam Comites posse docere refert.

Adidit & nullum, sibi qui magis utilis esset,  
Esse ibi præsentem, quem sciat ipse, uirum.

An. 1546.  
Vuittebers-  
gen uolunt  
Staphylum  
creare Do-  
ctorem.

Tunc quoq; Leucorei cum non postrema Lycæi  
Fama foret, doctis cognitus arte uiris,

Cingere præclaro Doctoris honore uolebant

Albiacæ Staphylum lumina clara scholæ.

Ille recusauit sed sæpius illud, id ipsum

Testis ei Doctor nunc quoq; Maior erit.

Scilicet haud uoluit iurare in uerba Lutheri,

Mos ut in his isthic Adhibus esse solet.

Bellū Smal-  
caldicum.

Iam grauis, & quam non aboleuerit ulla uetustas,

Factio Germanos uoluere in arma Duces:

Grande dabant bellum Smalcaldica foedera, bellum,

Quo nullum grauius Teutona terra tulit.

Edita prægrandes minitantur scripta tumultus,

Scripta Patres cōtra finitimosq; Duces; *A qui-*

*U* quibus exarsit tam seui machina belli,  
*A* tq; odij infandi uisq; furorq; grauis.

**CAROLVS**, hui, Cæsar banno constringitur, illo  
 Fulmine percussit tunc quoq; Maior cum:  
 Maior, & ingenio consors Pomeranus eodem:  
 His ducibus bannum Cæsaris arma ferunt.

Cæsar per-  
 cutitur bann  
 no cœlesti a  
 Theologis  
 Lucheranis.

Cœlesti tulit hoc Edictum Spiritus aura,  
 Si modò si non est ista referre pudor.

*A* rma manu fortes in seditiosa Boëmi  
*A* rma ruunt contra seq; suosq; Duces.  
 Ipsa ferebat atrox quoq; tota Silesia bellum:  
 Seditiois atrox causa Philippus erat.

Philip. ad  
 Boë. & Sile-  
 sios.

Rumor is & posthæc quoq; cognita fama pericli,  
 Saxonia Staphylum cedere sponte monent.

Namq; Borussiacus cum Dux Albertus, ut ad se  
 Conferret, scriptis sæpe uocasset eum:

Promissi memor, atq; maligni temporis, illo  
 Ire, quòd hoc multi consuluère, placet.

Consuluère illud consanguinitate propinqui:  
 Consuluit charus sæpe Philippus idem.

Ergo Leucorea discedens urbe, Borussos  
 (Hic duo cum forsan lustra fuisset) adit.

*V*enit in hospitium charissimus ipse Philippus:  
 Pluribus hic uerbis tum ualedixit ei.

An. 1546.  
 26. Maij.  
 Staphylus  
 discedit Vi-  
 tæberga abi-  
 ens in Pruss-  
 siam.

Plures hoc alij probitate fideq; sodales,  
 Et facere insignes conspicuiq; uiri.

VITA D. STAPHYLI

Commendauit cum tunc pluribus ipse Melanchthon,  
*Vt certè dignum censuit esse, Ducì.*

Regiomōs.  
 Bönigē  
 bergi.  
 Staphylus  
 lector Theo  
 logiæ Res  
 giomonti.

*Sic Vuittembergā discedens, Regiomontem  
 Venit, ibi Lector publicus ille fuit:*

*Lector ibi primus præfectus publicus, a quo  
 In studijs unq̄ est lectio facta sacris.*

*Hic ea promulgat, sibi quæ doctore Luthero  
 Cognita, quæq̄ illo sunt patefacta patre:*

*Pleraq̄, non certè tamen omnia, namq̄ furoris  
 Illud, at hoc fieri cum ratione putat.*

*Nauat & hic operam, quò surgat honore decenti  
 Gymnasium, quod tunc cœperat esse recens.*

Academia  
 Regiomon-  
 tana recens.

*Audiit illius hanc operamq̄ animumq̄ Philippus:  
 Audiit, atq̄ uiri pectus & acta probat.*

An. 1546.  
 Melanch-  
 thon scribit  
 Staphylo  
 Græcè.

*Scribit ei quare tum græco idiomate, namq̄  
 Clarus & insignis Græcus uterq̄ fuit.*

*Laudat in hoc scripto Staphyli studiumq̄, piūq̄  
 Pectus, & ut pergat, cœpit ut ire, monet.*

*Hic illi uario est obiecta tragœdia motu:  
 Cadmæos merito dixeris esse uiros.*

Hackius.  
 Gulliel. Gna  
 phæus. Po-  
 lyphemus.

*Hackius atq̄ Gnaphæus cum & quidam Polyphemus  
 In uarias pugnas diraq̄ bella trahunt.*

*Magnis ibi Staphyli zelus (uelut esse decebat,)  
 In læsa uisus relligione fuit.*

*Multa Gnaphæus ei diuersaq̄ monstra ferebat  
 Errorum, & stygij semina larga patris,*

Ille Anabaptistón lateq; patentia Zuingli  
 Dogmata non falso posse placere putat.  
 Illum sed Staphylus tali ratione repressit,  
 Certus ut hic nusq; tum locus esset ei.  
 Ille, ubi nec Gedani uidit neq; Regiomonti  
 Sese aliquem certum posse tenere locum:  
 Phrysia qua solis glacialis spectat ad ortum,  
 Pergit, ubi magni nominis Embda iacet:  
 Embda, caput merito regionis, at impia nutrix  
 Hæreseón, uarijs facta rapina lupis.  
 Hæc illi patria, huc se contulit, ille ibi causas  
 Diuerso fretus lure patronus agit.  
 Postea bilis atræ plenissima scripta parauit,  
 In Staphylum inuectus seditiosus homo.  
 Iam propter uarias litesq; grauesq; labores,  
 Infidi sibi quas hic peperere uiri,  
 Ire Vratislauriam uisum fuit utile: sedes  
 Illa sat hoc casu commoda uisa fuit.  
 Ducit ibi uxorem: fuit illa pudica, bonisq;  
 Moribus, & magni filia uirgo uiri:  
 Vxorem, quæ iam charo uiduata marito,  
 Vix habet in sancta religione parem:  
 Quamuis antè fuit, cum nuberet illa, Luthero  
 Dedita, sic ut tunc tota Budorgis erat.  
 Tum quoq; Rostochium per sepe uocatus, in illa  
 Tū potuit Lector publicus esse schola.

Gnaphæus  
 Anabaptis  
 sta & Zuin  
 glianus.

Gnaphæus  
 abit in Phry  
 siam.  
 Embda, in  
 Phrysia,  
 Embden.

An. 1549

Staphylus  
 abit Vratis  
 lauriam.  
 An. 1549.  
 8. die Octo.  
 Staphylus  
 ducit vxorē

Budorgis  
 vel Vratis  
 lauria,  
 Presslaw.  
 Rostochia  
 na Acades  
 mia.

VITA D. STAPHYLI

**Henricus Dux Mechelburg9.** Namq; Mechelburgus Dux scripserat ante Philippo  
*De ratione scholæ de studijsq; sacris.*  
**An. 1550.** Ille Vratislauiæ Staphylum uocat, Aurifabrumq;  
**Cal. Ianua.** Affinem comitem, si uelit, esse iubet.  
**Ioânes Aurifaber Staphyli affinis.** Ille recusabat sed muneris illud, at huius  
*Quæ fuerit forsân, nescio, causa rei.*  
**Staphylus fit Consiliarius Ducis Prusis.** Inde Borusiaci fit Consiliarius, ( ante  
*Lector erat, ) fato sic uariante, Ducis.*  
 Ille, ubi rursum operam condiceret, esse coactum  
*Nolle aliqua dixit relligione noua,*  
*Sic ubi se rursus conferret Regiomontem,*  
*Charus ibi doctis pluribus ille fuit.*  
 Charus erat, magna quod eum probitate fideq;  
*Sæpius experti iudicioq; uirum.*

**Andreas Osander.** Forsitan huc Norenberga peruenerat illo  
*Osander profugus tempore, dira fremens.*  
*Hic uaria errorum secum portenta ferebat:*  
*Nestorij dicas horrida monstra patris.*  
**Osander secundus Enoch.** Sæpius Enochum se dixit is esse secundum,  
*Qui tenebroso orbi dogmata uera ferat.*  
**Essentialis Dei iustificatio.** Iustificare Deum nos, qua ratione sit ipse  
*Iustus, & haud alio censuit ille modo.*  
*Hæc noua cum multis essent ibi dogmata, plures*  
*A duersos habuit tunc sibi sæpe uiros.*

Publica post habita est contentio magna frequensq;  
 Doctor in hac praesens Glenckius ipse fuit.  
 Tunc quoq; cum populi pastor (lupus improbus) esset,  
 Roboris Osander plus ibi nactus erat.  
 Venit eò Staphylus, cum lis ea coepta fuisset,  
 Et daret ingenti publica damna malo.  
 Ille Duci, fidus quasi Consiliarius, illa  
 Dere quaesitus, quid putet ipse, fuit.  
 Nestorianum ille & Manichæum dogma docere  
 Osandrum haud trepido reddidit ore Duci.  
 Rumor is Osandri subito cum uenit ad aures,  
 In uarias pugnas pertrahit ille uirum:  
 Pertrahit, & dicti rationem quaerit, id illum  
 Haud aliquo censet posse probare modo.  
 Coepta fuit fidei tum pugna domestica, nam tum  
 Res ea priuatis aedibus acta fuit.  
 Certatum uaria fuit hic ratione, traherat,  
 Quo poterat, sanctos quilibet ore Patres.  
 Opposuit Staphylus quid sancta Ecclesia credat,  
 Tempora crediderint nostra quid ante Patres.  
 Protulit & textum, quem uerterat ipse Lutherus,  
 (Biblia Germano nam dedit ille sono.)  
 Ille, quod in multis nimium male uerterit illa,  
 Nec constare docet talia posse locis.  
 Addidit, Hebræo non sic idiomate dici,  
 Illius ut nimium uersio laxa sonet.

Disputatio  
 publica Res  
 giomont.  
 D. Rodol  
 phus Glens  
 ckus.  
 Osander pa  
 stor Regio  
 montanus.  
 Staphylus  
 interrogat  
 tur de Osan  
 dri dogma  
 te.

An. 1551.  
 Staphylus  
 disputat cū  
 Osandro  
 priuacim.

Osander res  
 ſcit Biblia  
 Lutheri.

VITA D. STAPHYLI

*Ille Paraphrasis aut sit commentarius, haud sic  
Versio, non nomen conuenit illud, ait.*

*Quinetiam Staphylus peregrinis fortiter armis,  
Quae Natura sibi suppeditabat, agit.*

*Osander res Ille sed haud recipit quod Aristotelesq; Sophist  
ijcit Philo-  
sophiam. Consortes alij cum ratione docent.*

*Nil fuerint (tibi si sunt haec ualitura) Lutheri  
Dogmata, nil, inquit, sunt ualitura mihi.*

*Osander res Illa quidem melius, si forte ualere Lutherus  
ijcit Doctos Debeat, ut plane reijciantur, ait:  
res Schola-  
sticos. Vna catena Scholae Doctores stringit, & una*

*Hi methodo nexi scripta dedere Patres:*

*Vel ualeant omnes, ualeat uel nullus, id ipsum  
Praestiterit, tibi si forte premendus ero.*

*Haec, & plura etiam, cum lis grauis esset, & acri  
Certarent studio, dicta fuere uiris.*

*Sed quid ego dicam? quantis humana tenebris  
Pectora, quam crassa nocte sepulta iacent?*

*Defecere utri plures, Staphyloq; relicto,*

*Osandri sibi plus dogma placere ferunt.*

Anno 1551.  
M. Ioan.  
Funccius fit  
Osandrinus,  
& incidit in  
maniam,  
22. die Martij  
eo, anno  
D. Melchior  
or Isinderus  
24. Martij  
eo, anno.

*Funccius imprimis, quem tunc furor arripit, illi  
Mens noua cum primum religione data est.*

*Isinderus item defecit Melchior: ille*

*Doctor erat, doctor sed malus ille fuit.*

*Corripit hunc etiam subito uis magna furoris,*

*Sensus is haud biduum cum placuisset ei.*

*Quinetiam*

Quinetiam coniunx cum Principis ipsius esset  
 Hæresis eius, eo tacta furore fuit.

22. Junij eo.  
 anno.

Illæ sed & simili percussus Funccius cestro,  
 Factus eo citius liber uterq; malo est.

Melchior at furia detentus mensibus illa  
 Pluribus, haud sana tam citò mente fuit.

Cœperat hæc plures lis exagitare: Philippus  
 Tunc quoq; consultus pluribus ipse fuit.

Illius hortatu Staphylus constanter agebat:  
 Postea sed constans uir minus alter erat:

Scripta uelut poterunt illo data tempore, si sit  
 Forsan opus, doctis plura probare uiris.

Bis septena Duci super hoc Ecclesia casu  
 ( Res ut erat certè magna ) rogata fuit.

Inconstanter eæ nimis atq; pudenter hiabant,  
 Credere non certæ scribere quidûe queant.

Quælibet aduersum sibimet quæ sita docebat:  
 Ludus at Osandro sic fuit ille bonus.

Hæc priuata prius, sed publica scripta fuerunt  
 Postea, res turbas tum dedit illa graues.

Dura fuit facies hæc Religionis, aiebat  
 Dogma Borustiacus Dux animumq; nouum.

Nulla uidebatur iam spes superesse salutis:  
 Anxius hoc Staphylus tempore totus erat.

Ille perborrescens iam toto pectore Sectas,  
 Ne quoq; sit præsens corpore, totus agit.

A Du-

Dux Prusa  
 siæ consult  
 14. Ecclesia  
 Lutherana  
 de dogmate  
 Osandri,

Staphylus  
 parat abitu  
 ex Prusia,



VITA D. STAPHILII

*A* Duce, quò tuto liceat sibi possit abire:

*Dux at in hac illi tum prece durus erat.*

*Instat, & exposcit, quantum furor ille sinebat*

*Temporis: assensum uix habet ille Ducis.*

*Multa tamen rerum data magna pericula, multa*

*Corporis, insidis omnia plena uiris.*

*Tandem abiit multis relictis millibus isthic:*

*Fortunæ fuerant pars ea magna suæ.*

*Quotquot erant charos consanguinitate propinquos*

*Liquit, id exegit religionis amor:*

*Liquit, & assumpta discessit coniuge: sedes,*

*Tunc quoq; quam repetunt, alta Budorgis erat.*

*Illius hunc abitum tunc ipse probare Philippus*

*A tq; alij plures non dubitare uiri.*

*Non fuga, non turpis discessio uisa, sed ingens*

*Zelus is in sancta religione fuit.*

*Cum foret hic, uarium fuit ille uocatus ad orbem,*

*Ut Superintendens esset honore nouo.*

*Brunsvigæ potuit sic uiuere, sicq; Lubecæ:*

*Hamburgæ potuit conditione pari.*

*Quinetiam Augusta, quæ toto cognita mundo*

*Urbs patet, hoc potuit tunc habitare modo.*

*Ille recusauit sed tali uiuere forma.*

*Haud uoluit mystes esse, Luthere, tuus.*

*Munera quantumuis essent præclara, Lutheri*

*Ille tamen tinctus noluit esse sacris.*

An. 1551.  
Staphylus  
reuertitur  
Vratisla-  
uiam.

Melanch-  
thon appro-  
bat abitum  
Staphyli.

An. 1552.  
sub initiū  
anni.

Staphylus  
acceritur ut  
Superintē-  
dens.

Staphylus  
recusat esse  
Superintē-  
dens Luthes-  
ranus.

Hæc

Hæc ut agebantur, ualedixerat ille Luthero

Mente quidem, notum non tamen illud erat.

Incidit in morbum sed eodem forsitan anno:

Morbus erat mista peste maligna febris.

Nulla fuit Medicis, Christo spes sola relicta est:

Hoc ratio fidei tempore danda fuit.

Hic Staphylus detestari se cuncta Lutheri

Dogmata, quæ nuper protulit ille, refert.

Approbat hunc, ueteri qui relligione fideq;

Cœtus in hunc constans perstitit usq; diem.

Esset & hic illi cum danda sacra synaxis,

Hanc una specie sumere sponte cupit:

Sumpsit, & omnino quid pectore credat, id isthic

Non dubia uisum mente fideq; fuit.

Fortè quis & causam, cur liquerit ille Lutherum,

Scire uolet: causam, Lector amice, legas:

Oro, legas, Staphyli neq; carpere facta, priusq;

Nosse queas, animo præcipitante uoles.

Prima quidem Deus est certissima causa: bonorum

Causa (uelut scimus) proxima semper is est.

Alter a causa, fuit dissensio magna, Lutheri

Quæ fuit ex uarijs nata renata libris.

Tertia, quæ Staphyli propria est, dum carmine nobis

Dicitur, ut faucas, Lector amice, precor.

An. 1552. in  
Nouembri.  
Staphylus  
decumbit le  
tali morbo  
Vraçialauig

Staphylus  
detestatur  
Lutherum.

Staphylus  
cõmunicat  
sub vna  
specie.

Causa cons  
uersionis  
Staphyll.

Prima, Deo

Secunda,  
Dissensio  
nes Luthes  
ranorum.

Ille

Q

VITA D. STAPHYLII

Vuitens  
bergæ,  
Tercia, Stu-  
diū scribēdi  
Corpus dos  
trinæ Lus-  
theranæ.

Ille ubi Leucoræ, stagnantis ad Albidos undas,

Incoleret cupide docta Lycæa scholæ,

In studijs operam magnam ponebat honestis,

Imprimis nitido posset ut ore loqui.

Irritus haud plane fuit hic labor: ille disertè

Verba dabat, nitido doctaq; scripta stylo.

Illum tum chari monuere aliquando sodales,

De sacris aliquod scribere rebus opus:

Ingenij quanto se robore posse putaret,

Nata recens isthic dogmata uera probet:

Dogmata, que toto tunc orbe fauente Lutherus

Protulit, & scriptis pluribus aucta dedit.

Nec negat omnino, nec tunc se posse putauit

Hoc facere, at memorem se fore sponte refert.

Est memor, & uario meditatur acumine formam,

Debeat in scripto quam retinere suo.

Quanam se referant uestigat origine, que tunc

Nuper adiuuenta docta fuere fide.

Querit et inquirit, que fundamenta Lutheri,

Doctrinæ que sint fortia fulcra sue.

Quinetiam ueteres (quod eum fecisse decebat)

Sæpe Patres uoluit, sæpe reuoluit eos.

Hos docuisse pari, doceat uelut ipse Lutherus

Pectore, persuasus sæpius ille fuit.

Staphylus  
parat Cor-  
pus doctrine  
Lutheranæ.

Dum legit, hoc, de quo nunc diximus ante, Lutheri

Doctrinæ corpus scribere sæpe parat:

Tale parat corpus, Lombardus quale parauit,  
 Distinctum mira quattuor arte libris:  
 Lombardus, ueteri quem dicere more Magistrum  
 Plures eximio laudis honore solent:  
 Ille, Patres quidnam doceant, Synodiq; uetusta,  
 Et quidnam ratio iudicet ipsa, docet.  
 Tale quod ingenio simili proferre uolumen,  
 Ingenti studio tale parabat opus.  
 Omnia sed Patres relegens contraria uidit,  
 Omnia te contra ferre, Luthere, manus.  
 Substitit, & uario rem pectore demiratur,  
 Nescius ad quemnam se ferat inde locum.  
 Anxius inquirit, quid sancta Ecclesia credat,  
 Tempora crediderit nostra quid ante, uetus.  
 Quò magis inquirit, magis hoc aduersa Luthero  
 Repperit, innumeris & uariare modis.  
 Destitit a scripto, nec ponere posse putauit  
 Fundamenta, suo quo cupit esse modo.  
 Inde sibi aduersos scriptores contulit huius  
 Temporis, in multis qui ualuere locis:  
 Contulit, & spinis se uix tamen explicat istis,  
 Quas studijs magnas sensit inesse sacris.  
 Quid faciat? nondum defendere dogma Lutheri  
 Destitit, id quò quis sat dubitanter agat:  
 Donec ab æthereo misero demissa parente  
 Gratia, diuini luminis aura, fuit:

Petrus Lba  
 bardus Ma  
 gister Sena  
 tenciarum.

VITA D. STAPHYLI

*A*ethereum lumen, quo uera tuemur, & omnes

*Diuina aspiciamus relligione Deum.*

*Hanc (quod agunt plures) non auersatus, ad illam*

*Tum redijt, malè quam liquerat antè, fidem.*

**Staphylus**  
petit ueniã à  
Rom. Eccl.

*Posteã delicti ueniam quoq; sponte precatus,*

*Viuere sub ueteri relligione cupit.*

*Edocet & charos consanguinitate propinquos*

*Vera fides quæ sit, relligioq; Dei:*

**An. 1552.**  
**Mense**  
**Octobri.**

*Vxorem imprimis, anno quæ forsitan isto*

*Mascula mater tum noua prole fuit.*

*Illæ (uelut mos est) iam purificanda, uetustæ,*

*Hoc quod erat, templum relligionis adit:*

**Vxor Staphyli**  
**adit templũ**  
**Catholicorũ.**

*Templa Lutherane cum relligionis adiret*

*Antè, uelut populi pars ibi maior erat.*

**Funccius**  
**scribit cõtra**  
**Staphylũ.**

*Funccius hoc etiam furia priuatus in anno,*

*In Staphylum calamo lurida tela iacit.*

*Ille sed haud quicq; respondit: pacis amator*

*Ille, sibi semper si licuisset, erat.*

**Balthasarus**  
**Episcopus**  
**Vratislauiensis.**  
**Anno 1552 et 1553.**

*Hæc ubi de Staphylo Balthassarus audiijt, illo*

*Tempore qui Præsul forte Budorgis erat:*

*Expetijt, Nyssam tum uellet ut ire: bis illud*

*Præsul ei scripsit, bis cupit esse suum.*

*Venit*

Vēnit eò Staphylus, sed uix ibi mansit in annum;

Longius a terris his habitare cupit.

Pannonas hinc fortes, quos appellare solemus

Austriacos, tutus quò magis esset, adit:

Hic, ubi tunc Cæsar **FERDNANDVS** age-  
(bat, ad Istrum

Spectat ubi Turcos clara Vienna truces.

**FERDNANDI** factus quoq; Consiliarius illic,

Præbuit banc illi, qua decet esse, fidem.

Certa Borussiacas iam fama impleuerat aures

De Staphylo, assumpta de ueteriq; fide.

Magnus erat rumor, qua lata Silesia sese

Extendit, Staphylo quæ benè nota fuit.

Saxonas imprimis res perculit ista, Lutheri

Discipuli diro pectore dira fremunt.

Facta fuit uani tum passim fabula uulgi:

Horrea de Staphylo templa scholæq; sonant.

Ipsè Philippus ei factus fuit hostis acerbus,

Antè sibi quo uix maior amicus erat.

Scriptis in Staphylum fuit hic inuectus apertis

Pluribus, ore docens sæpe momordit eum.

Hoc quoq; conuulsa de religione statutus

Tempore Conuentus Colloquiumq; fuit.

Illius ad rapidum celebris Vormacia Rhenum

Est locus, est certè commodus ille locus.

Staphylus  
abit in Aus-  
triam.

Vienna  
Austriæ.  
Staphylus  
fit Consilia-  
rius D.  
**FERDI-  
NANDI**  
Cæsaris.

Anno 1556.  
in præfat.  
Epi ad  
Rom.

Colloquiū  
Vuormas-  
cienſe.  
An. 1557.

VITA D. STAPHYLI

Huc etiã Casar Staphylũ FERDINANDVS

Iussit, ut in causa religionis agat.

(abire

Illius hic multis nimium conspectus acerbus

Visus, & in multis angor & horror erat.

Gratus at est alijs: doctum sensere Lutheri

Discipuli, coram tunc ibi quotquot erant.

Staphylus  
scribit Vor  
mactæ tris  
membrem  
Theologiã.

Protulit hic, quænam sint fundamenta Lutheri:

Principijsq; probet res quibus ille suas:

Vt constaret ibi, quid crederet ipse Lutherus,

Vel quæ discipuli post docuere sui:

Nam non ullus erat fructus sperandus, id unum

Non aliqua sciri si ratione queat.

Protulit haud illud tamen illo tempore scriptum,

Nominis ut famam ferret in orbe sui:

Postea diuersum sed cum placuisset amicis,

Sustinet auctoris nomen & arma sui.

Res ea tum socios coepit turbare Lutheri,

Vnde data est litis postea causa grauis.

An. 1557.  
Melanch  
thon. Illyri  
cus. Iacob.  
Smidlinus.

Primus cum scripto petijt grauiore Philippus:

Illyricus scriptor turbidus alter erat:

Tertius hostili Smidlinus pectore, famam,

Qua potuit carpsit commoditate, uiri.

Andreas  
Musculus.

Quartus at Andreas morsu satis acriter illum

Musculus, (ignotus ne sit & ille,) petit:

Musculus, in cruce qui diuinam obijisse ferebat

Naturam Christi, non bene sanus homo:

Musculus

Musculus, hæc qui tunc sub nomine sponte Lutheri

Edidit, ut quiuis credere possit idem:

Musculus, errorem qui postea fassus, ut id se

Non docuisse probet, non habet unde probet.

Interea Staphylus terras peregrinus oberrans,

Scribere nil hoc se tempore posse uidet.

At fecit, ueluti dicemus, id omne dextro,

Ocia cum studijs sunt data prima suis.

Principis hoc factus quoq; Consiliarius anno

ALBERTI, Bauaro qui regit orbe, fuit.

An. 1558.

An 1558.

5. Septem.  
Staphylus  
fit Confis-  
liarius D.  
ALBERTI  
Principis  
Bauariæ.

An. 1559.  
Comitia  
Augustana.  
Staphylus  
iure cupit  
cū aduersarijs  
agere.

Postea Conuentus uarijs de rebus habetur

Augustæ, ueluti commodiore loco.

FERNANDO comes huc Staphylus ueniebat,

De causis præsens pluribus esse cupit.

(is isthic

Iure suos hostes hic accersire uolebat,

De uitæ atq; status integritate sui.

Hi grauitè uitam, licuit quocunq; colore,

Et famam soliti rodere sæpe suam.

Hos ea processu Iuris monstrare uolebat

Quæ scelera in scriptis proposuere suis.

Nullus at istorum Conuentum uenit ad istum,

Irritus ut totus sic foret ille labor.

Hic quoq; tum libri defensio facta trimembris,

Vt licuit tali commoditate, fuit.

Mirati, legerent cum talia sæpe Poloni,

Mirati docti sæpe fuere uiri.

Defensio  
trimembris  
Theologiæ  
scripta Aus-  
gustæ.

Ipsa



VITA D. STAPHYLI

*Ipsa Silesia rem, quam nunq̄ hic audiit orbis,  
Demirata, sua pro nouitate, fuit:*

*Demirata fuit, quòd tam monstrosa Lutherum  
Pleraq; discipulos & docuisse probet.*

*Rarus ibi quare cum tunc foret ille libellus,  
(Cum peterent multi,) Nyssa recudit eum.*

Anno 1559.  
19. Maij.  
Staphylus  
creatur Do-  
ctor Theo-  
logus.  
An 1560.  
Mense Au-  
gustij.

*Hic quoq; Doctoris celebri decoratur honore:*

*FERDINANDVS Caesar Maximus il-  
(Iud agit.)*

*Post Ingolstadium Staphylus se contulit, illo  
Omnino posset tutus ut esse loco:*

*Tutus ut in ueteri se religione suosq;  
Seruet, in his uiuat tutus ut usq; locis:*

*Ne sua post mortem charissima præda Lutheri  
Discipulis coniunx (quod uetet) esse queat.*

Gegenbet  
ridi.

*Tum quoq; de uarijs Germanica scripta parauit  
Dissidijs, quæ nunc Teutonis ora fouet;  
In quibus exposuit, quæ multa Lutherus, & eius  
Discipuli uarijs proposuere libris.*

Iacobus  
Smidlinus.

*Qua fuit ex causa Smidlinus acerbior illi:  
Smidlinus, Staphylo qui fuit hostis atrox.*

An. 1561.  
20. Ianuarij.

*Inde scholæ Superintendens Ingolstadiensis  
(Qui nouus hoc primum tempore coepit honos)*

ALBER-  
TVS Dux  
Bauariæ.

*Factus, & ALBERTO Duce declaratus, in illa  
Præfuit in causis pluribus inde scholæ.*

Postea

Postea difficili peregrinus tempore, scripsit  
 Prodromon: hunc fudit uerius ille librum.

An. 1561.  
 Prodromus  
 Staphyli.  
 Doctrab.  
 An. 1562.

Inde uocat9, adit FERDINANDI Cæsaris aulã,  
 Tempore quo Pragæ Cæsaris aula fuit.

Hic aliud contra Smidlinica fulmina telum

Eiecit, appelles *ύσεγορ* hocce *δ'εγομωρ*.

Hysterodro  
 mus Staz  
 phylli. Nach  
 trab oder  
 Nachtruf.  
 Staphylus  
 vocatur  
 Tridentũ.

Hoc quoq; sub tempus Synodum spectare Tridenti,

(Pluribus ut placuit) sæpe uocatus erat:

Ille sed obuarias causas inuisere Patres

(Quod tamen optabat) non uidet esse ratum.

Inde reuersus, in his studijs, quæ semper amauit,

Totus agit, quanta commoditate potest:

Illicõ sed rursus FERDINANDI Cæsaris aulam

An. 1567  
 Mese Maio9

(Sic uoluit Cæsar Maximus ipse) petit.

Illa loco claro, qui ponte uocatur ab æno,

Alpium ubi moles cernitur alta, fuit.

Oenipons  
 Eißbruck.

Aeger ibi factus Staphylus, uix ulla salutis

Signa dabat, uitæ spes data nulla fuit.

Ultima, quam fieri cupiat debere, uoluntas

Hoc expressa fuit tempore tota sibi.

Illa quidem morbi tum uis depulsa, subinde

Reliquias sensit non tamen esse leues.

Staphylus  
 condit testa  
 mentum  
 Oeniponti.

Mortuus hoc etiam fuit illi filius anno

Albertus, natu maximus ille fuit.

An 1568  
 Mense Dec  
 cembri.

R Ille

## VITA D. STAPHYLI

Ille patri charus, uelut esse decebat, ( in illo  
 Spes ut erat certè magna locata ) fuit.

Huic pater oppresso morbo grauiore, parato,  
 Chare, mihi, dixit, Nate, parato uiam:

Tu mihi sit quónam moriendum pectore monstras:

Hoc post te ingrediar nunc iter ipse breui.

Præuius ito, sequar, sequar o charissime fili,

Tu præceas, dixit, me, sequar ipse breui.

Sapius & uerbis eadem repetiuit eisdem:

Mista dabat lachrymis plurima uerba suis.

Orat & , ut pro se, charis pro fratribus oret,

Tunc ubi cœlesti sede beatus aget.

Postea defuncto cum uota precesq; litaret,

Mos ut Apostolicæ religionis habet:

Sub precibus Staphylus consurgit, eumq; notauit,

Vellet ubi poni mortuus ipse, locum.

Staphylus  
 ait se breui  
 moriturū.

Staphylus  
 eligit sibi lo  
 cum sepul  
 turæ.

Monacum  
 uel Monas  
 chium,  
 München.

Aula Bauar  
 rica.  
 An. 1564.  
 19. Ianuarij.

De uarijs rebus proficiscitur inde Monacum,

( Teutonis huic urbem uix habet ora parem: )

Inclita Boiariæ solet esse ibi Principis aula:

Aula potens , magni Principis, aula frequens.

Inde redit certè sat debilitatus, eodem

Aeger uti magna parte profectus erat.

Aeger erat stomachus, membris erat omnibus aeger:

Nec, uelut antè, suum corpus agebat opus.

Vtq; uidet morbum cum tempore crescere, sensit

Indicium certæ mortis id esse suæ:

Sensit,

Sensit, & esse breui moriendum dixit : in illo  
Nescio si mortis tunc quoq; sensus erat.

Admonet hinc chara proles cum coniuge, ne quem  
A ueteri figant relligione pedem:

Dulcibus aut uerbis aut se patiantur amaris  
A ueteri abduci tramite, lege, fide.

Vxori proles commendat, eamq; uicissim  
Prohibus, exposcit mutuus illud amor.

Explicat humanis se totum postea rebus,  
Mens uaga ne rebus præpediatur ijs.

Aduocat insigni Patrem pietate uerendum,  
Utq; illi plenè confiteatur, agit.

Illa domi fiunt : post mystica sacra peracta,  
Quæ ueteri Missam dicere more solent:

Vna sub specie Christo communicat, æger  
Sub specie panis flexus adorat eum.

Hinc olei recipit libamina mystica sacri,  
Fortior ut languens spiritus esse queat.

Ille etiam, sanctos ubi sæpe in uota uocarent,  
Sublatis manibus sæpe petebat idem.

Lignea Crux oculis, (ueluti de more uetusto,  
More bono fieri nos docuere Patres,)

Cum foret a reliquis oblata, uel illa salute,  
Vel fixis oculis sæpe petita fuit.

Dulcia quinetiam signo crucis oscula figens,  
Quæ potuit fidei tunc dare signa, dedit.

R 2 Sic

25. & 26.  
Februarij.

Staphylus  
disponit sug  
domui.

25. Februa.  
Staphylus  
confitetur,  
curat legi  
Missam.

2. Martij  
Staphylus  
accipit ex  
tremam  
unctionem.  
Litania Ec  
clesiastica.

5. Martij.

Staphylus,  
oscularur  
signū Crux  
cia.

## VITA D. STAPHYLI

Sic noctem atq; diem moribundo corpore, posset  
 Cùm neq; querenti reddere uerba, iacens :

**S. Martij**  
**Staphylus**  
 moritur  
 placidè.

*Leniter expirans, placidè in Domino obdormiuit :*

*Non facies mortis tetra grauisue fuit.*

*Hæc Staphyli mortis ratio est, sic facta fuisse,*

*Si sit opus, certum testibus esse potest.*

**Libri tres**  
**D. Staphyli**  
**Larini, de**  
**republica**  
**Christiana,**  
 nondum  
 editi.

*Illud erit iusta fors an ratione dolendum,*

*Absoluisse suos non potuisse libros :*

*Libros, quos Christi de religione parabat,*

*Mira conscriptos arte modoq; libros :*

*In quibus exactam fidei formamq; modumq;*

*Edocet, ingenio iudicioq; graui.*

*Muscule, si uiuis, ( num uiuas, nescio ) quænam*

*Mors Staphyli fuerit, iam bene scire potes.*

*Illum morte mala moriturum sæpe ferebas,*

*Nescio quo nuper factus A pollo loco.*

**Andreas**  
**Musculus**  
 falsus vates.

*A t nimium falsum te res docet esse Prophetam,*

*Ipse uelut scriptis plurima falsa doces.*

**Iacobus**  
**Smidlinus .**

*Tu quoq; qui Staphyli mortem, Smidline, petisti*

*Sæpius, en, fuerit mors ea qualis, habes.*

*Viuerè tam longum cupiebas tempus, ut eius*

*Nota tibi mortis pessima forma foret.*

*Vixisti, satis est: num fortè reprehendere mortem*

*Illius exacta tu ratione potes ?*

*Siue*

Siue petas formam mortis, fuit optima certè,  
 Non clamore grauis, non uiolenta fuit:  
 Siue moram quæras moriendi, longior illa  
 Optari, Staphyli quam fuit ista, nequit.  
 Longior illa fuit, quam qua fuit ipse Lutherus  
 Sublatus: noctis non habet ille moram:  
 Longior illa fuit, quam qua sublatus ab orbe est  
 Ille, domus qui de lampade nomen habet:  
 Ille, fuit miserè qui primo mane repertus  
 Mortuus in lectis a moniale sua.  
 Tu malè si Staphylum moriturum fortè putasti,  
 Falsus es, ingenij pro ratione tui.  
 Ille sub æterno iam uiuit Iudice, causam  
 Iudicio uestram is conueniente premet.

Lutheri  
 mors.

Ioan. Oecos  
 lampadij  
 mors.

M. VITI IACOBÆI POETÆ

Laureati, Poeseos Ingolstadtij Professo-  
 ris Carmen funebre.



Visquis in hac uita mortali uesceris  
 (aura,  
 Dum sensu frueris sospite, discce mori.  
 Discce mori, quid uita aliud quam mortis  
 (imago?

At pia mors coeli est ianua, discce mori.

R 3

Sic

Sic Staphylus tereret fragilis cum tempora uitæ,  
 Fatali didicit lege uocante mori.  
 Florentes studijs Musarum addixerat annos,  
 Sunt ubi Vespbalidos docta theatra scholæ.  
 Saxona felici lustrabat littora fato,  
 Funere maiorum cum puer orbis erat,  
 Dein Russos populos, & adibat Sarmatis oras,  
 Vrbs ubi de Gracho condita nomen habet.  
 Non dubitabat & Italicæ cognoscere gentes,  
 Virtutum quid non impiger audet amor?  
 Hunc uitæ integritas, grauitas spectataq; morum,  
 Ingenij ornabant raraq; dona sui  
 Interea nouitas, hominum quæ pectora mulcet,  
 Leucoream extulerat laude frequente scholam:  
 Illecebris famæ allectus petit Albidos undas,  
 Qui Vitebergenses labitur ante domos.  
 Flectitur ut facilis stolidi nouitate iuuentus,  
 Sic facile insidijs flectitur hereseon.  
 Lacte Lutherano paucos nutritus in annos,  
 Leucoream coluit per duo lustra scholam.  
 Consilijs, animoq; potens, sub Principe uixit  
 Lata Borussiaci qui regit arua soli.  
 Huic a Consilijs studiorum iuuat honores,  
 Vrbs ubi Regalis nomina montis habet.  
 Pestiferum cum non Osiandri dogma probaret,  
 Hereseon cœpit pendere mente dolos.

Sensit, & ingemuit sese tam nocte profunda  
 Atq; tot errorum fraude nocente premi.  
 Tandem ad Romani pastoris ouile reuersus,  
 Prælia pro uera religione tulit.  
 Fortiter hæreseon hostiles contudit ictus,  
 Detexitq; sua dexteritate dolos.  
 De quibus augustos egit Schmidiline triumphos,  
 Cum fabricam mira perculit arte tuam.  
 Austrius hunc magno complectebatur amore  
 Romani Cæsar qui regit orbis opes.  
 Boius hunc etiam patria bonitate fouebat,  
 Principis officium qui uigilantis agit.  
 Consilijs Staphyli gaudebat uterq; probatis  
 Res si consilijs discutienda fuit.  
 Adde quod & nostrum studio uigilante Lijcæum  
 Iuuit, & hoc rexit Principis ipse loco.  
 At grauium tandem defunctus mole laborum,  
 Mortali extremum clausit in orbe diem.  
 Cælestes adiit melior pars ætheris auras,  
 Gaudet ubi aspectu proximior Deo.  
 Corporis exuuiæ terra conduntur aperta,  
 Excitet has donec uoce potente Deus.

FINIS.

Excudebant Alexander & Samuel Vuciffenhornij  
 Ingolstadij. Anno M. D. LXIII.



1819706

4112589 NCO

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

FINIS

*[Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly a library stamp or title.]*